loco, ubi plurimum proficere & valere possent, ut ab imperatore equites, pedes, levis armatura, sic ab illo in maxime opportunitate orationis partib. collocabatur. Erat memoria summa, nulla meditationis suspicio, imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur sed ita erat paratus, ut iudices illo dicente non nunquam viderentur ad satis parati ad cavendum fuisse. Verba ipsa non illa quidem elegantissimo fuerunt sermone: itaq; diligenter loquendi laude caruit: neq; tamen est admodum inquinare loquutus: interfectus est à Mariana factione, unà cum pluribus aliis clarissimis civibus, quorum capita in rostris pendere. Huius filii M. & C. Antonii fuere: quorum M. Antonius gratia Cottæ Consulis, Cethegi factione in Senatu curationem rei frumentariæ & totius oræ maritimæ nactus, Siciliam & provincias omnes depopulatus est. Et ad postremum inferens Cretenfisibus bellum, ubi morbo interit. Hunc Salustius ait perdedisse pecuniam gentium, & vacuū à curis, nisi instantibus. Autor Pæd. C. Antonius, alter Oratoris filius, multos in Achaia spoliavit, nactus de exercitu Syllano equitum turmas: quo nomine à Grecis tractus est in jus ad M. Lucullum prætorem, qui jus inter peregrinos dicebat. Egit pro Grecis Cæsar, etiam tum adolescentulus: & quum Lucullus id, quod Greci postulabant, decrevisset, appellavit Tribunus: juravitq; se idcō ejurare, quod æquo jure uti non posset. Hunc Antonium Gellius & Lentulus Censores, sexennio post petitionem Consulatus, senatu moverunt: causasq; subscripserunt, quod focibus diripiisset, quod iudicium recu- passet, quod propter ænis alieni magnitudinem prædia mēcipasset, bonaque sua in potestate nō haberet. Pædianus. Hunc item Cicer. in Verr. vocat in exercitu Syllano prædonē, in introitu gladiatorum, in victoria quadrigarium. Nam inter eos fuit, qui iussu Syllæ in Circensibus, quos ipse post victoriam fecit, quadrigas agitaverunt. Hic cum Cicerone Consul fuit: eiq; maxime est adversatus, ut qui Catilinæ conjurationi fa- veret. Placatus ab eo demum pactione provinciar. restaq; de Republica sentire persuasus est. M. Antonio, Oratoris filio, tres filii fuerunt, M. L. & C. quorū M. Antonius postea Triumvir, causa & fax totius belli civilis extitit. Nam quum esset Tribunus plebis, Cæsarib; partibus in civitate tutandis sese im- parem videret, unà cum C. Curione (qui & ipse Tribunus ple- bis erat) conducto vehiculo, habitūq; maxime miserabili, in Galliam ad Cæsarem profugit, eum que adhuc hærentem, ad bellum sine mora suscipiendum inflammavit. Cæsarem quo- que occisum laudavit pro rostris: vestemq; ejus sanguinolentam ostendens, & testamentum recitans, quo ille Pop. Romano drach. 75. viritim legaverat, perfecti ut percussores ob me- tum ab urbe profugerent. Deinde quum D. Brutum Mutinæ obsideret, horante Cicerone, à Senatu hostis iudicatus est: & ab Hircio & Panfa Consulibus, & Octavio adhuc adolescentulo, ingenti prælio superatus. Post hæc Triumviratus fœdere inter eum & Lepidum ac Cæsarem inito, Brutum & Cassium in Macedonia apud Philippos superavit. Quo bello confecto, Octavium valetudinis causa Romam rediit: Antonius in Gra- ciam, Asiamq; profectus honore quaqua versus proficiscere- tur, ingenti est exceptus. Quum illi Oriens, Augusto Occidēs, Lepido Africa obtigisset, multis per Orientem reges & tetrar- chas debellavit. Inter quos Antigonom ludæorum regem se- curi percussit: quod antea Regum nulli cōtigit. Captus amore Cleopatræ, multa ipsius gratia nefanda admisit, eiq; regna multa cōcessit in Syria: Fulviam uxorem statim initio Triumviratu repudiavit, ac Octaviam Augusti sororem duxit: quam & ipsam deinde ob Cleopatram contempsit. Ad bellum Par- thicum Vēndium legatum misit, qui interfecto Pacoro, regis filio, ab Antonio missus Romam, triumphavit: inde Cleopa- trā in Aegyptum remissa, per Armeniā, Arabiamq; profectus, copias undiq; contraxit. Cum Phraate Medorum rege prælio congressus, ac victor eum usq; ad Araxam fluvium persequutus est. Dein in Armeniam reversus, ejus regem in triumphum Alexandriam duxit. Repudiata igitur Octavia, causa fuit inter eum & Octaviam dissensionis. Quo quum postremō ad Actium navali prælio congregiendi, superatus est: Alexandriāq; confugiens, atq; ibidem ab eodem obsessus, gladio spōdē occubuit, anno ætatis LVI. Huius viri illud in primis admirabile dicitur, quod in otio luxuriosissimus, in negotio laboriosissi- mus fuit. Nec ob res malè gestas quicquā de solita voluptate remisit. Hæc ex Plutarcho. L. Antonius Triumviri frater, apud Perusiam ab Octavio obsessus, fameq; adductus, venit in deditonem cum CCC. aliis: quibus, ut ait Florus in Epitome Livii, Octavius pepercit: at verō Tranquillus, omnes ad aram Cæsarib; necari crudeliter iussit. C. Antonius, Lucii & Marci frater in Macedonia à Bruto captus, Ciceronis & Hortensii Manibus inferias missus est. Autor Plutarchus in Antonio, & Bruto. Antonius Iulianus rhetor Romæ, perquam fuit honesti atq; humani ingenii: doctrina quoq; ista utiliore ac delectabili, veterumq; elegantiarum cura & memoria multa fuit.

Adhæc scripta omnia antiquiora tam curiosè spectabat, aut virtutes penitabat, aut vicia rimabatur, ut iudicium ab eo factum ex amissum diceret.

Antroñia. [Ger. Ein Stein in Theffalien bey deren man ein netz- stein graben hat.] Pomponio Mele civitas est Magnetis, regio- nis Theffaliæ, quæ à Stephano, & Strabone Antroñ, dicitur: ab antris nimirum quoque nomine deducto, quorum magnam circa hanc urbem copiam fecerant molarum lapidum fodinæ. Circa hanc urbem processissimi gignebantur a- fini: unde factum est, ut Antroñius asinus, proverbio dicatur de homine corpulento & robusto: in quo tamen ingenium & animi vigor delidetur.

Antuērpia. [Vulgus Germanorum Antwerp appellat. Gall. Anvers. Ital. Anversa. Vng. Antwerpen.] Vbis est Flavianæ & Belgicæ totius emporium celeberrimum.

Anubis. [Ger. Ein Gott der Aegypten so se in einer hunde ge- stalt verhöret.] Genivū facit Anubis, vel bidis, sive, Lingua Aegyptiaca dicitur canis, sub cuius forma colebatur Mercurius, ut inquit Servius. Virg. 8. Aen. Omnigenūq; deū mon- stra, & latrator Anubis. Ovidius in Elegiis: Per tua sacra pro- cor, per Anubidis ora verendi. Diodorus scribit, Anubim solum fuisse Osiridis, qui canem gestabat, tanquam ab omni insignia. Ex quo Aegypti canem veneratur, & Anubim deum canino capite effingunt.

Anulus, fluvius Mauritanis, Vide ANVLY SIN APPELLAT.

Anulus, Nomen fluvii cuiusdam.

Anxa, Oppidum, Plin. lib. 3. cap. 11. 14.

Anxani, populi, Plin. lib. 3. cap. 12. 4.

Anxius, fluvius ex Armenio monte oriens, per Caucaum in Meliopotamiam defluit, & Pactolo fluminem ex Cascafo cadens occurrunt unumq; facti, Euphratem demerguntur.

Anxur, tam masculini, quam neutri generis, Vbis est Italia, quam nunc Terracina dicunt. Mart. Sive Salustius candidus Anxur aquis Horat. 1. Serm. Sat. 5. Militia tū prælii tua regimū, atq; subimus Impositum saxis lacu candentibus Anxur. Dicitur autē Anxur (ut Servius docet) quia illic colebatur Iupiter Imberbis, quem idcirco Anxurū, quasi imberbis vocabāt, quasi nō habet: hoc est, sine novacula. Virgilius Aeneid. 7. Circumque jugum, quæsi Iuppiter Anxurus arvis Præsidet.

Anyger, sive Anygrus, vide supra ANIGRO.

Anylis, Aegypti rex est, autor Herod. lib. 2. Stephano vobis est vobis Aegypti.

Anxius, sive Anaxagoras, Rhetor Atheniensis fuit, acerrimus Socratis inimicus: à quo & reus peractus est. Horat. 1. Serm. Sat. 4. -qualia vincunt Pythagoram, Anygūq; reum, doctumq; Pano- na. De hoc vide Plutarchum in vita Socratis.

A ante O.

Ant, sive Neptuni filius, ut dicit Lactantius, qui factione suorum ex Apulia pulsus, navigio ad Euboëam venit, & inde in Bœotiam contulit, ubi populis montes habitantibus impe- ravit: eosq; Aones, ex suo nomine appellavit: à quibus Strabo filius est habitus, quum Onchelli ditissimi cuiusdam Ap- puli filius fuere, ex Parichia conjugium Dyamantem con- liquit, qui ei in regno successit. Perotus.

Antia, sive Antia, Regio Bœotia, ab Aone rege Nepruni filio di- cta, quem factione ex Appulia pulsus, in Bœotiam traditus venisse, ac de suo nomine montanam regionem Bœotia vocat- tasse Aoniam, & incolas ipsos Aonas.

Antius, sive Antius, adjectivum. Ovid. 1. Metamor. Separat Aonias Actæis Thois ab arvis.

Antius, idis, sive Antius, Patronymicum femininum: quo Potius frequentissime utuntur pro ipis Mulis. Iuven. Sat. 7. -apudq; be- bendis Fontibus Aonidum.

Aoris, sive Aoris, Araxis filius, venator & bellicosus, ex Steph.

Aornos, sive Aornos, Fuit petra apud Indos præcepta & iusta, monumentis historicorum celebrata: ita dicta ob admirandā altitudinem, quasi ipsi enā avibus inaccessa. Scribit Plutar- chus: Alexandrum, quum intellexisset hanc petram rectori ab homine metuloso, dixisse: Nunc locus iste facilissimus est ca- ptus. Est & Aornos locus in Epiro, ita dictus à pchilica tribus exhalatione: teste Plinio in Procerio lib. 4. Hæc enim nomine dictus fuit lacus inter Puteolos & Bajas, qui postea Avernas est appellatus. Vide infra.

Aoros, sive Aoros, Citeræ civitas, ab Aora Nympha ita appellata: quæ alio nomine Eleuthera dicitur, ab Eleuthere, uno ex Ce- rentibus. Ex Steph.

Aorif, sive Aorif, Ger. Wälder in Scythia iunctis ab den gebirgen geteget. Populi Scythia intra Imaū, quos Ptolemæus collocat non procul ab Saxeæ fluvio, qui in mare Hyrcanum defuit. Strabo lib. 11. duplices facit Aorifos, quorum alteros man- Caspii oram maxima ex parte tradidit: alteros jura Tanaim habitasse, quos superiorum exiles esse opinatur. Plin. verō lib. 4. cap. 12. Aorifos quosdam in Europa collocat juxta Hamaxobios.

Aoti, pen. prod. *αωτι*, populi sunt in finibus Thracie, Getis finium, non procul ab Istro. Meminit horum Plin. lib. 4. ca. 11. Aous, pen. prod. *αου*, Fluvius est in ea parte Macedoniae, quae mari Adriatico adiacet: non procul ab Apollonia in mare illud. Sunt qui Avontem appellant, teste Plin. lib. 3. cap. 23.

A ante **P**

Apæti, *απατι*, populi in Aethiopia, sub Aegypto, Memnonibus ad Austrum proximi: de quibus Prolem. lib. 4. cap. 8. Aparmia, sive Amacia, *απαρμία*, Urbis celeberrima in Tetrapoli Syriae, à Scieuco Nicanore cōstituta, & à nomine uxoris ejus ita appellata, ut testatur Strabo lib. 15. ¶ Est & Apamia, Parthorum civitas, Heracleæ, & Rhagis finitima: de qua apud eundem lib. 11. ¶ Tertia est in ora maritima Bithyniae, inter Rhodaci & Alcani ostia, Antiochi Epiphaniae opus: cujus meminit Stephanus, & Prolemæus lib. 5. ca. 1. ¶ Quartam collocat Plin. lib. 5. cap. 29, in ipso Marfyæ fluminis orio, ubi lociet Marfyas in Mæandri influit quam antea Celanæ: deinde & Ciboton ita appellatam. Hanc Strabo ab Antiocho Sotere conditam scribit, & à nomine Apamiae matris ejus (quæ Astabazi filia fuit, & uxor Seleuci Nicanoris) Apamiam fuisse appellatâ. Fuit hæc urbs olim clarissima, totiusq; Asiae imperium post Ephesum celeberrimum.

Apameste, Oppidū in ea Italiae parte, quæ olim Magna Græcia dicta est. Hujus incolæ dicuntur Apamestini: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Apavortene, *απαβορτη*, Regio est Scythiae, in qua est Hircania provincia.

Apelles, Apellis, *απελλης*, Nomen pictoris eximii, patria Coi, qui omnes prius genitos, futurosq; postea arctiflex superavit, & picturæ plura solus propè cōtulit, quam ceteri omnes. Fuit Alexandrum Macedonem à nullo pingi voluisse, quam ab Apelle. De hoc Ovidius: Si nunquam Venerem Cois pinxisset Apelles, Mersa sub æquoreis illa lateret aquis. De hoc vide multa apud Plin. lib. 36. cap. 10.

Apellæ, *απελλæ*, a, um, adjectivum, Stat. lib. 5. Syl. Vt vel Apelleo vultu signata colore.

Apenninæ, *απεννινæ*, Urbs Thessaliæ, Steph.

Apenninus, *απεννινος*, Volgo *il monte Apennino*, Ger. Das Gebirge so sich mit dem Statium die ein und gradt schneidet. Pol. *Αλπερινός* vel *οχθια* sive *καρμυ*. Vng. *Apenninus begy*.] per duplex n, vel Apenninus cum æ, diphthongo, ut scribit Servius, quasi Alpes Penni, quod eas Annibal primus superavit. Mox est, qui Italiam mediam dividit, incipitque à Genua & supra Carnos incumbit. Ejus descriptionem vide apud Lucanum.

Apenninigenæ, qui Apenninum inhabitant, aut in Apennino versantur: ut Apenninigenæ pastores. Claud. Apenninigenis cultas pastoribus aras.

Apenninicolæ, Idem Virg. 11. Aenid. Apenninicolæ bellator filius Auni.

Apertantia, *απερταντία*, Urbis Thessaliæ, Steph.

Apellus, *απελλος*, pen. cor. *απελλος*, Montis nomen est, qui Nemeæ superjacet, ubi Theſeus Iovi primū operatus creditur. Didō ad heros, cui Apellas nomen erat. Papinius: Mons erat audaci seductus in æthera dorso, Nomine Lernæi dicunt Apelunta colosi, Genibus Argolicis olim sacer. In castigationibus tamen exemplaribus hoc loco apud Statium Aphelanta legitur à nominativo Aphelas. Apud Plin. autem lib. 4. ca. 5, Apellus absque aspiratione.

Aphace, *αφακη*, Urbis Libyæ, Steph.

Aphannæ, regio Siciliae ignobilis: unde proverbium: Ad Aphannas, de obscuris & relegatis, Steph. *αφαννας*.

Aphareus, per tres syllabas, pen. cor. *αφαρεος*, Patris Lyncei nomen est: à quo Ovid. Lynceum prolem Apharcjam vocat lib. 8. Metam.

Apharus, Locus in Euxino, Ablyrtus antea dictus.

Aphedas, nomen regis Atheniensium: vel, ut Stephanus, Molossorum, *αφεδας*.

Aphesus, *αφεσος*, Montis nomen est supra Nemeam. Vide APESVS.

Aphera, *αφερα*, Urbis Magnesiæ in Paganetico sinu: causam nominis lege apud Steph.

Aphidantes, *αφιδαντες*, populi sunt ex Molossis (ut inquit) Stephanus ita dicti ab Aphidante rege.

Aphidna, *αφιδνα*, arum, *αφιδνα* Stephano, Locus celebris in Attica, Seneca in Hippol. parvas alias Calcet Aphidnas. Est etiam Civitas Laconiae.

Aphneum, *αφνη*, civitas Phrygiae, & alia Lydiae, Steph.

Aphnites, palus circa Cyzicum, Artynia prius, *αφνητες*, Steph.

Aphormium, *αφωρμιον*, locus Thespiensium, Steph.

Aphricæ, *αφρικæ*, Ger. *Ein auf dem bey teut des Erdbodens ober der Welt*.] tertia orbis pars, ab Asia Nido fluvio, ab Europa mari mediterraneo discreta: ita dicta quasi Aprica, quod Solis æstibus maximè sit exposita. Alii à Græcis sumptum putant nominis hujus etymon, ut Africa dicta sit, quali *αφρικαι*:

hoc est, sine horore aut frigore. Est enim hæc regio calidissima, ut quæ magna sui parte inter Tropicos sita sit. Vide plura supra in distictione AFRICA.

Aphrodisias, *αφροδισιας*, Insula est in mari Persico, ubi Persia à Carmania separatatur: sic dicta, quod in ea Venus quam religiosissime coleretur: alio nomine *αφροδισιας* dicta. Insulae hujus meminit Plin. libro 6. cap. 25. ¶ Est præterea Aphrodisias Ciliciae oppidum, teste Stephano. ¶ Est item insula in Oceano Hispanico, non procul à Gadibus: de qua Plin. lib. 4. cap. 22.

Aphrodisium, *αφροδισιον*, Oppidum fuit in Latino maritimo, quod postea mutato nomine Antiū dictum est. De hoc Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Apud Græcos hoc nomen significatur statua Veneris, atq; ad eam res ipsa veneret. Unde & *αφροδισιας* dicitur, pro eo quod est Rem venerem exercere.

Aphrodisium, *αφροδισιον*, Carix promontoriū est Põponio, quod Aphrodisias Plinio appellatur. ¶ Est & Aphrodisium Prolemæo urbs Africae. ¶ Est præterea Aphrodisium Hispaniae Tarracensis promontorium, eodem autore.

Aphrodisius, *αφροδισιος*, Præsul Bituricensis, Petri discipulus, genere Aegyptius, qui diem suum obiit apud Bituriges, teste Volaterr.

Aphrodite, *αφροδιτη*, Ger. *Ein Junau Venus*.] Veneris cognomen est, dictum *αφροδιτη* hoc est, à spuma. Venerè enim ex spuma maris ortam esse Poëtae fabulantur.

Aphthides, *αφθηδες*, pars Aegypti, Steph.

Aphthonius, *αφθηθιος*, Sophistæ cuiusdâ nomen, qui in Rhetorica Hermogenis *αφθηθιος* hoc est, præ exercitationes conscripsit, quæ etiam hodie extant.

Aphydna, Vide APHIDNA.

Aphyre, *αφυρη*, vel Aphytia, *αφυτια*, Oppidū est Thraciæ non procul à Pallene, Apollinis oraculo insignitâ: ad Aphyro quodâ indigena ita appellatum. Hujus incolæ dicuntur Aphytizi, *αφυτιζοι* Stephano.

Apidanus, *απιδανος*, Fluvius est Thessaliæ, cui Enipeus, Melas, & Phœnix miscetur, quos ipse secum in Peneon defert, ut habet Lucanus, li. 11. it gurgite vasto Apidanus, nunquaq; celer, nisi mistus Enipeus.

Apinnates, populi, Plin. lib. 3. cap. 14.

Apinæ, & Tricæ, Duo oppida Apulix fuerunt, quæ Diomedes evenit tanta ignominia, ut in proverbium ludibrium trāsierint. Quoties enim rem nullius pretii ostendere volumus, Apinas & Tricas nominamus. Mart. li. 13: Sunt Apinæ, Tricæq; & si quid vilius illis.

Apisla, civitas Italiae.

Apis, *απις*, Ger. *Ein Ochs* vel *Ein Stier* Negreter fuit in Bos veteretum.] Bovis nomē apud Aegyptios, quem pro deo colebatur alio nomine Serapis dictus. Corpore erat tiger, cæcidea fronte, in tergo alba nota insignis, duplicibus pilis in cauda, & lingua cæcava notatus, quem certos vitæ annos excedere non licebat. Hinc in lacum demersum Aegyptii, in dicto iustitio, veste scissa, & laceratis crinibus defunctum plangebant: invento vero alio mistic lætabantur. Responsa autem dare non reliqua oracula soltus: sed si manu oblatum pabulum sumpsisset: cōsulerentibus, secundos eventus, atque omnia prospera decernebat: si vero abaueret, omnia sinistra portēdebat. Ideo quem à Germanico Cæsare pabulum oblatum tenuisset, suenellum omen & indubiam necem, quæ paulò post sequuta est, prænuntiavit. Hæc Alexander ab Alexandro libro 6. cap. 2. & eadem ferè Marcellinus lib. 22.

Apis, Argivorum rex fuit, ex Iove & Niobe Phorocei filia progenitus, hinc habuit uxorem. Hic quum Aegialeum fratrem regem præfecisset Achæie, in Aegyptiū, suum imperium transtulit, & quum ibi multa, præcipue vini usum homines rudēs docuisset, post mortē factus est Serapis, & Maximus Aegyptiorum deus, qui in forma Bovis adhuc viventis colebatur, quem post centos vitæ annos mensum in sacerdotē fonte enecabant, alium cum læta quarentes, quem sustulerant, morebantq; petralis tantisper etiam capitibus, donec alium reperissent. Est autem Apis lingua Aegyptiaca Bos. Macrobi. per Apim Solem intelligi putat. lib. 1. Satur. Ovid. Et comes in pompa comiger Apis erat. Vide OSIRIS alibi, ut priora ex Perotto, & aliis paulò aliter tractantur. Vide Strab. lib. ult. & Plin. lib. 8. cap. 46.

Apiscion, Nomen viri Trojani proprium.


Apitani, populi, Plin. lib. 6. cap. 20. 36.

Apicius, *απικιος*, Omnium nepotum fuit princeps, cui parū visum est & principum cōgiaria, & Capitolii vestigal comeditionibus devorasse, nisi suæ etiam gulæ monumentum posteris reliquisset, conscripsit de gulæ irritamentis aliquot libris. Hunc visisse suo seculo testatur Seneca in lib. de Consolat. ad Albinam.

Apobaroti, *αποβαροτι*, populi Aetoliæ, Steph.

Apenninus, Vide APENNINVS.

Apolecti, Vide in APPELLATIVIS.



Apollo, inis, *Ἄπυλλος*, Creditus fuit Deus: quem Graeci etiam *Ἄπυλλος* hoc est, Solem appellat. Cui, ut Macrobius inquit, vaticinae fuerunt potestates. Nam fuit autor carminis, praesca vaticinii, sagittandi peritiam habuit, ait in medicinae percalluit, & citharam adinvenit. Unde Adagium: Quid tibi Apollo cecinit? Hoc est, quid tibi respondit? Allatum est autem ad Apollinis citharam, quia in illi tribuunt poete. Vfus est Aeschylus in Ajace Locrensi. Refertur a Zenodoto. Conveniet, ubi quis a principe redeuntem percussabitur quid responsum tulerit, si *Ἄπυλλος* *ἄπυλλος* *ἄπυλλος*. Et idem dicitur Liber, quod liber est vagetur per aeternum. Nonius etiam id est, pastor, dicitur est ab eo, quod Admeti regis pavent armenta. Apollinis tripodem vas aureum fuisse constat trium pedum, a Vulcano fabrefactum, ac pro munere Pelopi datum, quum uxorem duceret. Porphyrius ait eundem esse Solem apud superos: Liberum patrem in terris: Apollinem apud inferos. Vnde etiam tria insignia circa eius simulachrum videmus: Lyram, quae nobis ecclesiasticis harmoniae imaginem monstrat: Gryneum, quod terrenum numen ostendit: Sagittas, quibus infernus deus existimatur & nocuus. Vnde & Apollo dicitur est, ut quidam existimant, *Ἄπυλλος*, quod perdere significat, sive destruere, quod non paucos nimio aestu creditur extingueret. Vnde etiam spicula ei assignavit vetustas: quae tamen non dextera gestat, sed sinistra, quod ad iuvandum promptior sit, quam ad nocendum. Vnde etiam nonnulli *Ἄπυλλος* *ἄπυλλος* *ἄπυλλος* hoc est, ab abigendis morbis, Apollinem dicitur existimant. Apollinea quatuor Cicero ponit, Primum, antiquum cultorem Athenarum: alterum Corybantis filium, natum in Creta: tertium ex Iove & Latone natum, qui ex Hypsiboreis Delphos venerit: quamvis Eusebius antiquorum illum describat: quatum in Arcadia, quem Arctides, quod illi leges dederit, *Ἄπυλλος* vocant. Deinde ob nimiam severitatem regno pulsus, ad Admetum Thessaliae regem confugit, & iuxta Amphrysium amnem eius armenta pavit. Quare a posterionibus pro deo colitur, & ab Homero variis nominibus appellatur. *Ἄπυλλος*, *ἄπυλλος*, ab eius felicitate artibus & inventis.

Apollinis insula, in Libya est. Steph.
Apollinis civitas, Minor in Aegypto est, Libyam versus: major in Aegypto: tertia in Aethiopia iuxta rubrum mare. Steph.
Apollo, [Germ. Ein Gott bey den Griechen, wachem sie für ein Kind der Argonen, des Gesangs vnd der Reim in hielten.] Iovis & Latonae filius, natus ex Delo eodem partu cum Diana, quae & ipsa Phoebe dicitur. Adultus Pythonem serpentem sagitta occidit: deinde Cyclopes, ob fabricatum fulmen, quo filius eius Aesculapius fuit, ad inferos detrusus: unde aliquandiu divinitate privatus, Admeti Thessaliae regis armenta apud Amphrysium eiusdem regionis fluvium pavit. Feitur accepisse citharam a Mercurio, & postea Musis praefuisse. Amavit Cyrenem puellam: item Daphnem, Penet fluminis filiam, quae fugiens illum amorem, in laurum conversa est, arborem huic sacram. Item Hyacinthum, liberali forma parvulum, quem mortuum in flore sui nominis commutasse fertur. Branchum item Thessalam, cui in suo templo facta fieri iussit. Vicem Marlyam ubi cinem, a quo laecissus fuerat tibi cantu, victu exornavit. Illi muros, adjuvante Neptuno Laomedonti regi aedificavit. Medicinae usum primus intulisse & propterea deitatem meruisse dicitur. Author est Carminis & Musices: quapropter poete praecipuum sibi nomen faciunt. In Rhodo insula Colosum habuit tantae magnitudinis, ut inter septem mundi miracula sit connumeratum. Triplex eius potestas, ut sit sol in caelo: liber pater in terris: Apollo apud inferos. Eius simulachra tria adpingebantur, lyra, clypeus & sagittae. Eidem ut Baccho perpetua juvenus adscribitur, propterea semper imberbis a Poetis fingitur. Multa habet nomina, quae a locis, in quibus potissimum colebatur, ei sunt indita.

Apollinicus, a, um, adjectivum, [φωλλινικός. Pol. Lekarj.] ut Apollinea ars, pro arte medica. Ovid. lib. 3. Tuist. Nullus, Apollinea qui levet arte malum est. Est ars Apollinea, pro arte vaticinandi. Ovidius in Ibis: Apollinea clarus in arte senex. Tiresiam intelligit.
Apollinicus Ludus, qui in honorem Apollinis fiebant: de quorum institutione vide Livium. *Ἄπυλλος*. Cic. ad Att. Ludis Apollinaribus Diphilus tragicus in nostrum Pompeium petulantiter inventus est.
Apollinarius, Ludus quum in unum annum voveretur, incertoque die fieret, senatus P. Licinium Varum, praetorem urb. ferre ad populum iussit, ut in perpetuum in statum diem voveretur: hi ludus, quum Annibal esset in Italia, ex Maris, clari vaticinae primium instituit, cuius in libris haec inventa Livius recitat li. 15. eademque feret & Macrobius lib. Sat. 1. Hostes, Romani, si expellere vultis, Apollini vovendos cenfeo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant: quum populus dederit ex publico partem, privati uti conferant pro se, suisque ludis faciendis praerit praetor is, qui jus populo, plebique dabit sum-

num, xviri Graeco ritu facta faciant. Hoc invento carmine, cefuerunt patres Apollini ludos vovendos, faciedosque: voveri autem, & fieri a praetore urb. quod is esse videretur, qui jus populo, plebique summum daret: quum facti essent, duo decem milia aenis praetori ad rem divinam, & duas hostias majores dandas: & ut xviri sacra ritu Graeco facerent, hisque hostias Apollini bove aurato, & capris duab. albis auratis: Latonae bove foemina aurata: ludos praetor qui facturus esset, eduxit, ut populus per eos ludos stipem Apollini, quantum commodum esset, conferret: populus eos coronatus spectavit: matronae supplicavere, vulgoque apertis januis in apparulo epulati sunt: celeberrique dies omni ceteroniarum genere fuit. Anno proximo, refecente Calpurnio praetore, decrevit Senatus, ut in ludis in perpetuum voveretur: tricenno post, ut in perpetuum in statum diem voveretur. P. Varus, ut diximus, praetor urb. a festo iustus, legem tulit, & ex lege ipse primus voveri fecit, ante diem 11. nonas Quint. eumque, quem solenniter deinde servatum Livius tradidit: ego tamen M. Brutus, qui Celsam interfecit, praetoris urbani abiectionis nomine, neque uno die tantum, neque 11. nonas Quint. factos invenio, sed quum nonis Quint. essent commisi, usque ad 11. Idus datus fuisse: quod ex duob. locis est. ad Attic. lib. XVI. colligitur: atque hoc ipsum de pluribus ludorum Apollinarum diebus, confirmat satis plane ut videtur, Livius lib. XXXVII, his verbis: Ludis Apollinaribus ad P. Aulus Quint. caelo sereno, interdum obscurata lux est. Ex libro nostro de legibus Romanis.

Apollodorus, *Ἀπολλόδωρος*, Nomen pictoris excellentis, & nomen oratoris Pergamensis, Apollodori sex memosantur. Primum Atheniensis Comicus. Secundus Celsus, cuius comediae fuerunt Philadelphus, & Syphilus. Tertius Tarsensis Tragicus. Quartus item Atheniensis grammaticus, Aristarchi discipulus. Quintus Pergamensis rhetor, praceptor Calpurnii, qui docuit Augustum. Sextus Alexandrinus Comicus, Menandri amulus.

Apollonia, *Ἀπολλωνία*, Oppidum in ea parte Macedoniae, quae Adriatico mari adiacet. Conithiorum colonia, optimis olim instituta legibus. Vulgo his temporibus, Valera nominatur. De hac Strabo: Condidit Apolloniam Corinthii. Cor. yre. ad Aeante fluvio fladit decem, a mari sexaginta. Et ad Apollonia inter insulas Thraciae, cis Istrum amnem locata. Est & Apollonia civitas in Creta, & alia in Syria. Vide Stephanum.

Apolloniatum, *Ἀπολλωνιάτιον*, populi Apolloniae. Valer. Mar. li. 1. Apolloniatum quidam penitentiam egerunt.

Apollonias, *Ἀπολλωνίας*, Verbs in Patrao iuxta Delphos, alias Cyparissus dicitur, Stephanus. Vide in Cyparissio. Triocra etiam Peloponnesi olim Apollonias dicebatur. Stephanus.

Apollonius, *Ἀπολλώνιος*, Nomen philosophi Alexandriae, qui Rhodi vixit: unde & Rhodius appellatus est. Fuit etiam hoc nomine Alabandensis Philosophus, dicitur a Suetonio clarissimus dicendi magister, sub quo (ut Plutarchus scribit) Cic. & Celsus condiscipuli fuerunt. Praetor hos fuit & Apollonius Tyanus, Pythagoricus Philosophus, & magus, cuius vitam inscripsit Philostratus, Graecorum omnium mendacissimus. Fuit hic dum Ephesi vitam ageret, & forte in multitudine disputaret, per eam horans, qua Domitianus interfecit: dicitur & eiusque stetit, atque ubi primum loqui potuit, exclamavit: Euge Stephane pulchre, Stephane percutit sceleratum: pulsasti, vulnerasti, & interfecisti.

Apoliopolitis, praefectura, Plin. lib. 5. cap. 9. 11. 70.

Aponus, penultima correpta, *Ἄπων*, Fluvius seu fons calidis aquis, haud longe a Patavio, vel vicus ipse, in quo Balnea sunt. Lucan. lib. 6. Colle sedes, Aponus terra ubi sumit iter. Atque Antenorci dispergitur unda Timavi. Aponus autem dicitur non tam quod morbis medeatur, quam quod sine dolore remedium afferat.

Appianus, *Ἀππιανός*, Alexandrinus nobilis historicus, qui Adrianus imperatoris temporibus claruit. Scripsit Romanae historiae libros XXII, quorum novem tantum ad nos pervenerunt.

Appion, *Ἀππιών*, Nomen fuit Grammatici Aegyptii, Philonici huius, qui a laboris magnitudine cognominatus est Mochthus. Hunc Tibenus Celsus per contemptum Cymbalum mendi appellabat, qui publice famae tympanum potius videtur perisset. Autor Plin. in praefatione. Immortalitate se donavit, quod ad quos aliqua componebat. De hoc etiam Iosephus scribit, quod esset malus & indoctus, totiusque vitae reponibus impotens calumniator omnium, cor alium habens. Tu vide Iosephum. Fioruit temporibus Dionysii Halicarnassensis & Iosephi.

Appius Claudius, Qui postea Caeus cognominatus fuit, inter oratores numeratur a Cicero in Bruto. Hic cum Caio Fabio Censori creatus, viam ex lapide qua drato stravit, qua a Porta Capena Brundisium usque duceret. A quum quorundam ab illo Appia dicitur est, in urbem duxit. Idem postea Caeus factus, quum audisset Romanos de Pythi pace consulere, in

Curiam sese defecit iussu, gravissimaq; oratione obtinuit, ne eam Pytho, nisi prius Italia decessisset, pax intreret.

Appia via, *ad eam* Via erat Romae saxo quadrato strata per portam Capenam; Capuam: vel, ut alii volunt, Brundisium usq; dicens, ab Appio Claudio Cæco strata. Cic. pro Cælio: Appius Claudius Cæcus pacem Pythi dirempt, aquam adduxit, viam munivit.

Appiana poma, *ad eam* poma, ab Appio ex Claudia gente cognominata: odor his maximus est, sed cotoneorum, magnitudo non multo inferior. Plin. lib. 13. cap. 14.

Appote, Oppidum. Plin. lib. 6. cap. 28. 55.

Appites, *ad eam* Pflamnis Aegypti regis filius, cui in regno successit. Hic, ut testatur Herod. lib. 2. ab Aegyptiis, qui a se ad Amasium defecerant, strangulatus est, & sepultus in patremis monumentis.

Aprus, *ad eam* Vrbis Thraciæ. Steph.

Apros, colonia. Plin. lib. 4. cap. 11. 36.

Aprufus, fluvius. Plin. lib. 3. cap. 15.

Aprussini, populi. Plin. lib. 3. cap. 11. 15.

Aprutium, Italiæ regio inter Apuliam & Picenum. Hæc etiam Samnium dicebatur, ubi multi populi erant. In ea civitates, Aquila, Adria, Sulmo, Ortona, Arpium, Aquino, & multæ aliæ.

Apharus locus in Euxino, ablytus ante dictus.

Aplia, *ad eam* Gens Scythica, in Asia vicina. Steph.

Aplorus, Vrbis Ponti Cappadociæ. Ptol.

Aplorus, *ad eam* Insula in mari Adriatico, adiacens Liburniæ, in qua civitas eodem nomine, ut Ptol. lib. 1. scribit.

Aplus, *ad eam* Fluvius est in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico incumbit non procul a Dyrrachio: de quo Strab. lib. 7. Lucan. lib. 5. Tellus quam volucer Genusus, quam mollior Aplus circumcunt ripa.

Aplynthus, *ad eam* civitas Thraciæ, & regio Aplynthi dicitur.

Aptera, *ad eam* neutri generis, Vrbis in Lycia & altera in Creta insulis vocatur, quod victe ibi cantu à Mulis, pax in cetero: rebus pennis in mare desinissent. Autor Steph.

Apuani, vulgò *ad eam* Ligures sunt, teste Liv. lib. 10: Sempronius (inquit) Pilius in Apuanos Ligures vaitando, aperuit viam, &c.

Apulia, *ad eam* Germ. Ein Landtschaft in Italien, wird gemeintlich Puglia genant. Italiæ regio, mari Adriatico continens, inter Dauniam & Calabriam, quæ & Iapygia, ab Iapyge Dardanio, qui eam regionem tenuit, dicta est. *ad eam* Corripit autem hoc nomen primam syllabam, & unico p scribendum ostendit tamen interdum alitrum p, ut eandem producat. secundam autem syllabam semper pro ducit. Contra Apulus semper primam pro ducit, & corripit mediam. Hor. li. 3. Carm. Nativis extra limen Appuliz. Iuven. Vendit agros, sed majores Appulia vendituri: & prima producit. *ad eam* Hinc Apulus, cum, sive Appulius, dicitur. Lucan. lib. 3. Appulus Adriacas exit Garganus in undas.

Aquæburgum, Vrbis Bavariz, vulgò Wasserburg.

Aquæ, *ad eam* Vrbis in Gallia Aquitanica, Ptolemæo. Hæc vulgò *ad eam* vocant.

Aquæ, *ad eam* Vrbis Britanniæ insulæ, Ptol.

Aquæ mortuæ, Hodie vocatur oppidum Narbonensis provinciæ, ad alterum ex Rhodani oibus situm. Ptolemæus Marias fossas appellat, à propinqua fossa, quam Marius ex Rhodano duxit in viciniam lacum, olivæ (ut scribit Strabo) abundantem. De hac fossa vide Plin. lib. 3. cap. 4. & Melam, lib. 2. & Strab. lib. 4. vulgò *ad eam*.

Aquæ Sextiæ, *ad eam* Ptolemæo, Vrbis Galliz Narbonensis, iuxta quæ sunt aquæ calidæ, quæ ægros curare solent: ita appellatæ à Sextio quodam Romanorù duce, qui perdomitis Salybas oppidum hoc extruxit. Autor est Strabo lib. 4.

Aquila, Vrbis nomen est in Brutis, ex cuius Furconis antiquissimi oppidi à Longobardis edificatæ. Volaterr.

Aquileia, *ad eam* vulgò *ad eam*, Carnorù metropolis, iuxta quam defluit Timavus: à legendis aquis dicta. Martialis: Et tu Ledæo fœlix Aquileia Timavo. Plineus Aquileiam collocat in decima regione Italiæ. Fuit autem Romanorù colonia duodecim mille passib. à mari sita. Ad eam flumine a dextero oritur navigatur navibus per Natisonem fluvium. Ex hac oritur Chromatus, ad quem Hieronymus sæpè scripsit: & Rufinus Græcè, Lantæq; eruditus, qui Iosephum convertit in Latinum, cuius archiepiscopus est Mediolani in sancti Ambrosii fano, Longobardis characteribus carissimus.

Aquilinus, *ad eam* Cognomen Iulianus, factum à colore lanigro.

Aquilo, pen. corr. Ventus Septentrionalis, foigidus & siccius: ita dictus à vehementissimo volatu instar Aquilæ. [*ad eam* Gall. Le vent de Bise, le vent de Septentrion. Ital. Aquilone, Grece. Germ. Raitwind, der Wester, der Wind imhngst von

Witnast. Hist. Romanor, vincto entre Norte y Solano. P. 91. *ad eam* Vn. *ad eam* Ang. The northwind.] De hoc dicit Ovid. lib. 6. Metam.

Apta mihi vis est, qua tridua nubila pello, Et freta concutio, no dolosq; robora verto, Induroq; nives, & terras grandæ pulso. Idem ego quum staret cælo sum nactus aperto, (Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor, Ut medius nostris concursibus infouet æther, Exiliantq; cavis cliis nubibus ignes, Idem ego quum sub convexa foramina terræ, Suppolsiq; ferocis imis mea terga cavernis, Sollicito manes, totumq; tremoribus orbem.

Flat autem hic ventus, teste Plin. lib. 2. ca. 47. inter Septentrionem & ortum solstitialem, è regione Cauri.

Aquilona, *ad eam*, re adiect. [*ad eam* Ang. Temard the north] Cic. de Nat. deor. Sed eua regio, quæ tum est Aquilonaris, tum Australis.

Aquilona, *ad eam*, um, ut loca Aquilonia, in quibus flat Aquilo. Plin. lib. 27. cap. 13: Omnes vero herbe vehementiores effluu, viibusq; sunt in frigidis locis, ut in Aquilonis.

Aquinum, *ad eam* Ptolemæo, vulgò *ad eam*, Oppidum est Latii, aut (ut alii placet) Campaniæ. Cic. 2. Phil. Quum Româ proficiscens ad Aquinum accederet, obviam processit magna sanè multitudo.

Aquisgranum, Germaniæ nobilissima civitas, prius Vegera dicta, Caroli Magni sepulchro nobilitata. [vulgò *ad eam*. Ger. Nib.]

Aquitania, *ad eam* vulgò *ad eam* vel *ad eam* Ger. Besstom ist ein Landtschaft in Franckreich.] Regio & terra Galliz pars, ab obliquis aquis Ligens. Hæc à Circio Oceanû habet, qui Aquitanicus sinus dicitur: à Meridie Hispaniam: à Septentrione Lugdunensem provinciam: ab ortu Narbonensem. In ea Tholosa, & Burdigala civitates. *ad eam* Hinc Aquitanus, nã, sive unde Aquitani populi, *ad eam*.

Aquites, pen. corr. Sacerdotis nomen apud Phasidæ. Valer. Flac. libro 6: --magnique sacerdos Phasidis arctois Aquites errabat in agris.

Aquila, Ptolemæo Oppidum Hetruriz: unde Aquilenses, quos Aquenses vocat Plin. lib. 3. cap. 5.

Ara, civitas Arabiæ regia, nec non & insula Arabiæ adiacens, ut scribit Ptolemæus. Habet autem hoc nomè priorè syllabâ productâ.


Arabia, *ad eam* Ger. Ein Landtschaft in Asia in welchem dem Judis schenkt und Egypt gelegen.] Regio inter Iudæam & Aegyptû, ab Arabo Apollinis ex Babylone filio. Solum Arabiæ interpretatur, sacrum. *ad eam* est autem triplex Arabia, secundum Plin. li. 2: Vna foelix, *ad eam* de qua, *ad eam* altera Petraea, *ad eam* tertia deserta, *ad eam*, de quibus plura in dictione loqueati. In Arabia est mons Sina, qui & Oreb, in quo Moses legem accepit. In eadè & Phoenix avis nascitur & Sardonis pemma, & Arabia Petraea, *ad eam*. Sic dicta à Petra vetulissimo oppido, pars illa Arabiæ, quæ est Aegyptu, Iudæaq; confinis. Autor Ptolemæus. Straboni ac Plinio alio nomine Nabathæa dicitur. *ad eam* Post Petræâ sequitur alia Arabiæ pars, Arabia deserta Ptolemæo vocata: Straboni autè Scenitis, *ad eam* quod ès vaga & sine edificis in tætonis habitei. Hæc à Meridie montibus Arabiæ foelicis cincta est: à Septentrione Mesopotamiam habet: ab Occidente Petram. *ad eam* Cavam Arabiam ferere, *ad eam* Pro frustra sitare, aut in re perdifficili, nec admodû frugifera operam sumere. Lucian. in Apologia. *ad eam* Arabia foelix Meridiè versus, inter duos sinus Arabicum, & Persicû, veluti peninsula excurrit, fluminibus scatens: quæ, ut Strabo scribit, bis quotannis, ut India, fertur ob fecunditatem. Vide Plin. lib. 6. cap. 28.

Arabs, bis, *ad eam*, Gentile nomen est, quo in significatur, qui ex Arabia ortu traxit. Virg. 3. Aen. --omnis eo terrore Aegyptus, & Indi Omnis Arabs, omnes verrebant terga Sabæi.

Arabius & Arabicus, *ad eam*, adiectiva, ut Arabicus odor. Plaut. Mercat. Virg. li. 7: Hæc canisve, Arabisve parant. Propert. Nec si qua Arabio lacer dombyce puella. Vbi metri causa legendum est Arabio. *ad eam* Arabius tibicen, *ad eam* aut, Arabius nuntius, *ad eam*. In eos dici soletum, qui à semel cepris nunquam desistunt. Adagiû hinc ortum existimant, quod olim sola mæcipia musicam exercerent, quæ plerunq; ex Arabia producebantur. Citatur ex Menandro: illiusq; meminit Iul. Pollux.

Arabicè, adverb. ut Arabicè olere: id est, bene olere, & odorib. Arabicis, *ad eam*.

Arabus, *ad eam*, Apollinis fuit filius ex Babylone, ut inquit Plin. lib. 7. ca. 56, quem medicinz artis quidam voluerunt extitisse repertorè. *ad eam* & Arabus lapis, teste Plin. li. 36. c. 21, eburnei cadonis, qui in pulvere redactus, aptissimus est denticulis.



Arachne, *ἄραχνη*, nomen puella Lydiæ, quæ quum de lanificio cauta fuisset cum Pallade certare, victrice dea percussa radio la araneam est commutata. Verum hoc à poetis fictum est. Cōtat enim, autore Plinio, Arachnem linū & retia invenisse: Closterem autem filium ejus fufos in lanificio. Suidas scribit *ἄραχνης* filium esse & licium tenuissimum: *ἄραχνης*, feminini generis, telam seu texturā: masculino genere, *ἄραχνης*, passillū animal: ita dictum, quod rara molliaq; habeat vestigia.

Arachiofia, *ἄραχιοφία*, Regio est Scythiæ Asiaticæ, Drangianis, & Gedrosiis finitima: cujus præcipuæ civitates sunt Alexandria, & Arachotus, *ἄραχωτις*, quæ regioni nomen dedit. Vide Strab. lib. 11. & Ptolem. lib. 6. cap. 20.

Arachoti, *ἄραχωτις*, Indis civitas, ab Arachoto fluvio sic dicta.

Arachus, *ἄραχος*, Fluvius est Epiri, non procul à Nicopoli, in sinum Ambraciū influens. Meminit hujus fluvii Plin. lib. 4. cap. 1. & Ptolem. lib. 3. cap. 14.

Aracynthus, *ἄρακυνθος*, Mons est Acarnaniæ, teste Plin. lib. 4. cap. 2. *ἄρακυνθος* & alter in Attica mons ejusdem nominis: de quo Virg. 2. Eclog. Amphion Dithyram in Actæo Aracyntho. Sunt tamen qui parent ibi Virgilium personæ pastoris rationem habuisse: ideoq; in Attica montem collocasse, qui vera est in Acarnania: cujus generis pleraq; etiam apud Theophrastum animadvertimus. Stephanus præterea Aracynthū in Bœotia collocat: à quo Mincivam Aracynthiam dictam scribit.

Araduca, *ἄραδουκα*, Vrbs Lusitanæ, quæ vulgò ab Hispanis *Arzua* dicitur. De hac Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Aradus, *ἄραδος*, Insula est, sive potius urbs in petra sita, habet in ambitu septem circiter stadia, distans à Phœnicæ, cui adjacet, viginti stadiis. Estq; ut tradit Strabo lib. 16, una ex Phœnicæ urbibus, quæ Tripolim efficiunt: reliquæ dux sunt Tyrus ac Sidon. Hujus etiam meminit Plin. lib. 3. cap. 31: In Phœnicæ, *ἄραδος*, mari est ante Ioppen Paria, tota oppidum, in qua objectam Andromedam belluæ ferunt, jam dicta Arados: inter quam & continentem quinquaginta cubita alto mari (ut autor est Mutianus) è fonte dulcis aqua tubo coris facto usq; à vado trahitur. E regione ejus insula, ad Meridiem, urbs est huic opposita, quæ olim Antarados: hodie *Tortosa* vocatur.

Aræ Flavie, Vrbs Germaniæ, non procul à Danubio fluvio, quam Germani sua lingua *Widtingen* vocant: alii putant *Hesdubem*.

Aræ, *ἄραι*, Tres insulæ Ioniz, sic dictæ propter execrationes, quibus Dorienfes devoverunt Pentapolitas. Steph.

Arathyrea, *ἄραθυρέα*, Regiuncula est Achaiz prope dictæ, postea Alôphis dicta, urbem habens ejusdem nominis, quam Homerus in Catalogo ab amenitate commendat, *ἄραθυρέα*, *ἰσχυρὸν ἄραθυρέα*, eam appellant. De hac Plin. libro 4. capite 3, & Strabo libro 8.

Aragus, *ἄραγος*, Fluvius Massagetarum agrum irrigans, cujus meminit Strabo lib. 11.

Arām, Syria est, quæ à Semi filio hoc nomen accepit. Cujus Ioseph. lib. 1. lud. antiq. in hunc modum meminit: Aram verò Armenos instituit, quos Græci *Syri* appellant. Strabo lib. 17. Arimorum recordatur his verbis: Quidam Syros pro Aramis accipiunt, quos nunc *Arames* vocant.

Aramei, Teste Plin. lib. 6. cap. 17, ab antiquis dicti sunt Scythæ: alio nomine Sacæ à Perlis appellati.

Arantia, *ἄραντία*, Vrbs, Philus postea dicta, Steph. Qui etiam in Areryrea de eadem scribit.

Araphæa, *ἄραφία*, Insula Cariz, Steph.

Araphen, *ἄραφην*, pars tribus Argidis, Steph.

Arar, *ἄραρ*, penult. corr. & per apocopen Arar, *ἄραρ*, Fluvius Galliz Lugdunensis, à monte Vogeso per finis *Herodorum* & Sequanorum in Rhodanum fluens. Lucan. libro 6. Rhodanumq; fluentem præcipitavit Arar. Hodie *Saona* dicitur. *ἄραρ* est ab eo qui per Helvetios lapsus, hodie *Arula*, vulgò *Ar*, dicitur.

Ararus, *ἄραρος*, Fluvius Scythiæ Europæ, in Istrū influens, cujus meminit Herod. lib. 4.

Arath, *ἄραθ*, Regio Armeniz campestris, per quam Araxes fluit, in cretibus ubertatis ad radices Taun montis, qui usq; illuc extenditur.

Arator, Poeta Christianus, Romanus Subdiaconus fuit, qui Apostolorum acta, hexametro versu conscripsit, ut notat Volaterranus.

Aratores, populi sunt Scythiæ in ea parte Aemi montis habitantes, ubi Polydoti tumulus ostenditur, ut ait Solinus.

Aratus, *ἄρατος*, Poeta Ciliz, Astronomiz peritissimus, cujus Phenomena extant Græcè, & Latine à Cicrone adhuc adolescente versâ. *ἄρατος* & alter Aratus dux Sicyoniis, vir optimus, qui patriam suam à tyrannide liberavit: de quo Cicero 3. Offic.

Araurius, *ἄραυριος*, Ptolemæo, vel (ut Straboni placet) Raurianis. Fluvius est Galliz Narbonensis, non procul à Massilia.

Arasifo, Civitas est Galliz Narbonensis, prope Avenio-

nem, principatu nobilissimo insignis: vulgò *Aurange*. Hujus oppidi meminit Plin. libro 3. cap. 4. & Strabo lib. 4.

Arax, *ἄραξ*, Vrbs Lyciz, Steph.

Araxe, vel Araxi, populi Illyriæ, Steph.

Araxes, *ἄραξ*, Ger. *Em Ses Armeni*. Fluvius est Armenia eodem in monte, ex quo Euphrates nascitur, ortum habens, Armeniamq; ab Atropatia dividens. De hoc scribit Pomp. lib. 3: Araxes Taurilateri demissus, quo ad campos Armeniz locat, labitur placidus, neq; in utram partem eat, quamquam intuearis, manifestum. Quum in asperiora devenit, hinc atq; illinc rupibus pressus: & quanto angustior, raris magis perit. Frangit se subinde ad apposita cautum: atque ob id ingenti cum murure, sonansq; devolvitur, ad eò citus, ut qui ex precipiti casurus est, in subjectam nō declinet statim undam, sed ultra quam canalē habet, evolat plus ingens spatio, sublimis, & aquam pendētem semetipsum sine alveo ferens. Deinde ubi incurvo, arcuatoq; amne descendit, sit tranquillius, iterum pro campos tacitus & vix fluens, in sinus elaborat flexibile. Meminit hujus fluvii & Plin. lib. 6. cap. 9.

Araxum, Plinio, *ἄραξ*, Ptolemæo, Promontorium in occidenta parte Peloponnesi, non procul à Patris. Vide Plin. lib. 4. cap. 4. & Ptolem. lib. 3. cap. 6.

Araxus, *ἄραξ*, urbs juxta Pontum, ab Arazo ducit. Steph.

Arba, *ἄρα*, Plin. lib. 3. cap. 21: insula est ante Illyricum. Ptolemæus verò lib. 1. cap. ult. Arbam civitatem esse tradit Scardonæ, quæ est insula Illyrico adiacens.

Arbace, civitas Celtiberiz, Steph. *ἄραξ*.

Arbantum, *ἄραβάντων*, civitas juxta Pontum, Steph.

Arbaxani, *ἄραβασάνων*, Populi Laguriz, Steph.

Arbela, *ἄραβέλα*, Vrbs Siciliz, Steph. *ἄραβέλα*, pen. præd. *ἄραβέλα*, civitas Persicæ ab Arbelo Arhimoni filio dicta, Steph.

Arbea, civitas Judæe dicta, quia ibi tres Patriarchæ sepulti fuerunt, & quartus Adam.

Arbi, *ἄραβι*, *ἄραβι*, Stephano, Populi sunt Iodiz finitimi ad procul ab Aranis, & Gedrosiis dicti ab Arbi vicino fluvio. Recensentur à Plin. lib. 6. cap. 23.

Arbis, *ἄραβις*, Fluvius est in finibus Carmaniz, non procul ab Aranis & Gedrosiis: quo vicini populi *Arbi*, *ἄραβι*, duntur. Vide Plin. lib. 7. cap. 2.

Arbitus, *ἄραβιτ*, Mons Cretæ, & montis incolæ similiter, Steph.

Arbucale, *ἄραβυκάλη*, civitas maxima inter Iberum, quam Anibal ægè obtinuit.

Arbon, *ἄραβων*, civitas Illyriæ, Steph.

Arborfclix, Vrbs in Helvetia. [Vulgò *Arbon*.]

Arbuscula, metemix floruit cum Origine & Cythoride metemixibus.

Arca, Vrbs Coelestiz antiquum adhuc retinens nomen inter Barbaros, teste Ioseph. 3. antiq.

Arbor, Piscis nomen, Vide in APPELLATIVIS.

Arca, *ἄρα*, Peloponnesi regio intima, à mari undiq; circumdata: ab Arcade Iovis filio ex Calisto Lycæonis Arcadiz regis filia, sic appellata. Hæc, ut Eustathius docet, aliquando dicta est Pelasgia à Pelasgo rege magno, sapiente viro, qui vixit antiquis autor ejus fuit, & victum ex stirpibus herbarum, vitiumq; frondibus transiit ad glandem, maximeq; ad lupinam. Aliquando etiam Lycæonia, aliquando Gigantiæ, & aliquando Parhabasia dicta est, teste Stephano. Arca autem quæ Pelasgos in destinationem redegerit, eorum regionem Arcadiz nominavit. Scribit Plinius hanc universam, veluti peninsulam quorundam incultas natura in montes 76 artolli. Habet hæc quoque arcaos procerissimos, qui ob corporis magnitudinem in proverbium abierunt. Habet & lapidem asbestonem hoc est: extinguislem. Oppida eius præcipua sunt, Mastinea, Tegeæ, & Stymphalus. Montes Pholoë, Cyllene, Lycæus, Menæus, & Nonacris. Fluvii Ladon, & Erymanthus. *ἄρα* autem metemixibus, *ἄρα* *ἄρα* *ἄρα*. Diogenianus Proverbia duplicem ostendit usum: convenit enim vel in magna: vel in multis potentem. Herodotus libro primo, innuere videtur natum et Oraculo.

Arca, *ἄρα*, ca. cum, *ἄρα*, Quod est ex Arcadia: ut Arcadiz mores, Arcadicum pecus, Arcadicum germen, *ἄρα* *ἄρα* *ἄρα*. De grandibus & ignavis disci solent. Arcades enim olim male audierunt ob stuporem ingenti.

Arca, *ἄρα*, cadis, *ἄρα*, Nomen Iovis filii ex Calisto, à quo Arcades originem ducunt. *ἄρα* est & gentile ab Arcadia. Ovidius 3. Fastor. Arcadis Evandri nomen tibi sæpè referret. *ἄρα* Arcadiz imitator, *ἄρα* *ἄρα* *ἄρα*. Zenodotus indicat dictum in eum qui alius, non sibi laborant Plato Pisandro scribit illum Arcadas imitari, quod comædiaz à se conscriptas alius edidit traderet ob inopiā. Adagium hinc ductum, quod Arcades olim inter Græcos bellicosissimi, suis auspiciis, suoque titulo quam hostem ullum superarunt: verum alius superpetas fortiter percipit. Vnde illud illis fatale videbatur, alius vincens, non sibi.

Arcadiz

Arcadius, s. um: ut, Arcadius deus, pro Pane, apud Propertium. Arcadium idus, Vrsa, vel Arctos, Senec in Oepido.

Arcadius, s. um: ut, Theodosii filius, Romanorum imperator: fuit cum Honorio fratre, quo tempore Gothi Romam ceperunt. Fuit præterea hoc nomine Grammaticus Antiochenus, qui librum de Orthographia, & alterum de Syntaxi concipit Suidas.

Arce, s. eae, civitas Phoenitiæ, quæ nunc Arca, s. eae vocatur, Stephan.

Arcesilas, sive (ut apud Laertium legitur) Arcesilaus, s. eae, Philosophus fuit, ex Pitane Aeolica civitate ortus, qui relicto natali solo, Sardis se primam: deinde & Athenas contulit, ubi in initio Crantorem: deinde & Polemonem audivit. Post hæc eximius & ipse philosophus effectus, mediæ primus Academiam invenit. Fuisse autem traditur miro ingenio acumine, sed nimia in disputando pertinacitate. Fuit enim assertor s. eae: unde & Ignorantia magister à Laetantio appellatur. Hic est ille, quem Cic. lib. 5. de Finib. ait everit se omnem philosophiam, quemadmodum Græci everterit Rempub. Induxit enim philosophiam quoddam genus s. eae hoc est, quod subsistere non potest, asserens nihil omnino sciri posse: quod certe absq; repugnantia intelligi non potest. Si enim sciamus nihil sciri posse, falsum est nihil sciri posse, quum iam aliquid sciamus.

Arcesilaus, pen. prod. Vnus à quinq; ducibus Bæotorum, qui ad Trojam cum quinquaginta navibus advenerunt. Homer. lib. Iliad. 2.

Arcesius, s. eae, Iovis fuit filius, pater Laertis, ut testatur Vlysses apud Ovid. 13. Metamor. Nam mihi Laertes pater est, Arcesius illi, Iupiter huic, s. eae scilicet Arcesio.

Arcente, Urbis nomen, Vide in DORSE.

Arcele, civitas in Amorgo una ex Cycladibus, Stephan. in Amorgo.

Archadius, Grammaticus, lege ARCADIVS.

Archagathos, s. eae, Medicus in Peloponneso, Lysanie filius, qui primus è medicis Romam venit, L. Aemilio, & M. Livio Consul. anno urbis D. XXV. cui & jus Quiritium datum est, & taberna in compito Acilio. Hic primò Vulnerarius cognominatus est: mirèq; gratus adventus ejus in initio fuit: mox à s. eae scilicet, urendiq; Carnifex appellatus. Hæc Plin. lib. 29. cap. 1.

Archander, s. eae, Phthii Achei filius, & Danaï gener: de quo Hero d. lib. 2.

Archandropolis, s. eae, civitas Aegypti, Stephan. ex Herodot.

Archidicus, s. eae, Poeta comicus, scripsit contra Democritum Demosthenis propinquum. Fabulæ ipsius, Theaenus & Diamartanon. Auctor Athenæus in Dipnosophistis.

Archelaus, s. eae, Philosophus Athenensis, seu Milesius qui patrem habuit Apollodorum, & fuit auditor, successorq; Anaxagoræ, à quo Socrates Philosophiã audivit. Hic Physicam philosophiam ex Ionis Athenas invenit: estq; Philosophus appellatus, quod in eo defecent philosophia naturalis, Socrate Ethicæ introducente. Quamquam ne hic quidem Ethicæ rudis fuit, qui de legibus, de honesto, & de equo philosophatus est. Fuit & alter Archelaus, Antenoris Trojani filius, quem Homerus scribit rei militaris peritissimum fuisse. Alius fuit Geographus, qui terram omnem ab Alexandro peragrata descripsit. Alius de rerum naturis carmine scripsit. Alius Oratoriam docuit. Auctor Diogenes Laertius.

Archemolus, Vide ANCHEMOLVS.

Archemorus, s. eae, Lycurgi Thraci regis filius, & Hippolytes Thoantis filii alumnus: quæ quum litentibus, qui ad Thebarum expeditionem proficiscebantur, Langiam fontem ostenderet, Archemorum puerum super viridi herba deposuit, qui à serpente vulneratus perit. Unde fons ille Archemorus vocatus est, & annuus agôn in pueri illius memoriã celebrari ceptus, quem Nemæos ludos appellarunt. Vide Statii lib. 6. Theb. Alius fuit Archemorus, Amphionis ex Niobe filius, quem Ovidius Antegorum nominat.

Archeptolemus, s. eae, Filius Iphiti, antiga Hectoris, Empeo interfecto à Diomede suffectus.

Archias, s. eae, Poeta Antiochenus, Romæ fuit in amicitia multorum clarorum Oratorum, præsertim Lucullorum: & à nonnullis Græcis populis honoratus, & eorum civitatibus donatus, Cicero in primis familiaris. Hic cum discederet à Sicilia, cum L. Lucullo Heracleam venit, & adscribi in eadem voluit: quod & sua virtute, & Luculli amicitia facile impetravit. Postea verò mota ei de civitate controversia, quum eo nomine in judicium vocatus esset, defensus est à Cicero, brevi quidem: sed tamen ornatissima illa oratione, quæ etiam nunc extat, in qua multa de poetice, atq; ipsius Archiæ laudibus obiter admiscuit. Fuit item Archias, qui condidit Syracusas, ut scribit Volaterranus. Rursum alius Hyblæus quidam Præco celeberrimus, qui ter vicit Olympia & Pythia: ubi

icon ipsius & epigramma Græcum, Pollux. Alius item fuit Mitylenæus, mulicus.

Archibius, s. eae, Alexandrinus grammaticus, qui docuit Romæ sub Trojano principe. Fuit etiam alter ejusdem nominis Grammaticus, qui Commentarios conscripsit in Callimachi Epigrammata, Vtriusq; meminit Suidas.

Archidamus, pen. corr. s. eae, princeps Lacedæmoniorum, vir bello clarus, Telidis filius, Methonem ad Athenienses deficientem recepit: in bello contra Pyium primus è navi proficiens, nec vulneratus est, nec scutum amisit. Deniq; adversus Amphipolim strenuè decertavit. Insimulatus postremò, quod Agnonis Thraciæ regis amicitia studeret, dānatus est, ut scribit Suidas. Archidamicum bellum, s. eae, de bello s. eae, crudeliq; dicebatur.

Archigallus, Julius Firmicus Mathes. li. 3. Archigallos faciet, & qui virilia propriis sibi amputant manibus: Alibi abscissi Archigalli.

Archigenes, pen. corr. s. eae, Medicus fuit ex Apamia Syriæ civitate, Agathini discipulus, qui rem medicam Romæ exercevit Trajani temporibus. Hæc Suidas. In hunc Archigenem, tanquam in hominem imperitum, s. eae invehitur Galenus. Meminit ejusdem & Juven. Satyr. 7. tunc corpore sano Advocat Archigenem.

Archilochus, pen. corr. s. eae, Nomen poetæ Lacedæmonii. Hic fuit inventor carminis Iambi, quod ab eo Archilochiū vocatur: quo Lycæben quendam, q; filiam sibi pactā alteri locavisset, ad suspendium creditur adegisse. Horat. in Arte poet. Archilochū proprio rabies armavit Iambo. Archilochia edita Cicero sunt contumeliosa & virulenta, ad Atticū, li. 2. Itaq; Archilochia in illum edita Bibuli populo ita sunt jucunda, ut eum locū in quo proponuntur, præ multitudine eorum qui legunt, uti nequeamus: ipsi ita acerba, ut tabescat dolere. Sic ad finem epistolæ precedentis. Archilochi patriam, s. eae, Diogenianus testatur dici solere de mordacibus ac maledicis. Archilochi poetæ mordacitas vulgò celebratissima fuit. Alius fuit Archilochus Nestoris filius, qui patrem in expeditione Trojana secutus, à Memnone interfectus est. Alius fuit Siculus qui Africam urbem condidit.

Archimedes, s. eae, Ger. Ein furtrefflicher Mathematiker in Syracus in Sicilien. Nomen propriū viri Syracusii, qui Geometricæ, ac machinalis, s. eae scientiæ cōsultissimus fuit, & celeberrimus, testimonio Livii, Plinii, & Plutarchi. Unde quum rem mira arte factam, atque ita summo studio elaboratam, perfectamq; significare volumus, proverbii specie nobis vulgare est dicere: Archimedes non posset meliò describere. Vfus est Cic. in Orat. pro A. Cluentio: Hic velut deus terrenus mechanico artificio spherā vitream fecit, in qua mirā arte dissimiles motus circularum viscebantur. De qua sic scribit Claudianus: jura poli, regnumq; decorum Ecce Syracusius transulit arte senex. Percurrit proprium mētibus signifer annum, Et simulata novo Cynthia mense redit. Marcellus in expugnatione Syracusarum interdixit, ne Archimedes unius violaretur: verum quum Syracusæ caperentur, & ipse animo ac oculis in terra dixisset formas geometricas describeret, à milite ignaro quis esset, interfectus est.

Archippus, s. eae, Nomen philosophi qui Thebis scholas habuit (ut scribit Hieronymus) & Pythagoræ auditor fuit.

Archytas, pen. cor. s. eae, Hestizi, sive (ut alii malunt) Mnesarchi filius, Philosophus fuit Pythagoricus, Patria Tarētinus, qui Platonē adversus Dionysii insidias præstitit incolumem. Hic in Mathematicis majorem humano capta progressum fecisse traditur, adeo ut & cubum primus inveniret, & columbā lineam tam affabrè effinxerit, libraverit, & inflaverit, ut vivæ volatum imitaretur. Primus etiam platagen: hoc est, crepitaculum puerorum traditur invenisse, quo pueros nūquam interquiescentes, & à periculosis ludis advocaret. Hinc factus est locus proverbio: Archytæ crepitaculum. A s. eae: quo garrulos, dissipates, & puerilia trañantes, ad Archytæ platagen dicimus recidisse.

Archylis, s. eae, Oppidum est Hispaniæ in tractu Bætico, Ptolemæus.

Archynus, s. eae, Oppidum est Daciæ, Ptolemæo.

Arciroella, s. eae, Civitas in Ponto Heracleæ subdita, Stephan.

Archianus, s. eae, Gens Epitroica, Steph.


Archax, Mons est Propontidis apud Strabonem.

Archonnesus, pen. pro. s. eae, Oppidum est Milesiorū, ad Propontidem situm, quod alio nomine Cyzicum appellatur. Plin. lib. 5. cap. ult.

Archon, s. eae, Mons, qui imminet Cyziconita dictus à Jovis nutricibus, quas illic in s. eae id est, in urfas migrasse tradit.

Archophylax, Arctos, Arctous, & reliqua siderum nomina, requiruntur APPELLATIVIS.

Ardalides, vel Ardabouides, Musæ coluntur in Trezène, ab



Ardalo quodam conditore, aut à loco dicta. Stephanus.
Ardēa, *ardēa*. Nomen urbis in Latio, Turni & Rutulorum regis, à Danae Persei matre, ut alii malunt, à Dauno Plulmi filio cōdita, & à fervore regionis sic dicta, quæ decem & octo milliaria ab Vrbe est posita. Martialis: Ardea solstitio, Pestanaque rura petantur, Quisq; Cleonæo sydere fervet ager. Servius Ardeam dictam ait, quali arduam id est, magnam & nobilem. Higinus verò ab augurio avis Ardeam dictam vult. Hanc urbem post Turni mortem igne consumptam, & in avem sui nominis commutatam esse fabulatur Ovid. 14. Metam.
Ardēatēs, *ardēatēs*. Pen. prod. *ardēatēs*. Populi sunt Ardeæ incolæ.
Ardēas, *ardēas*, adjct. Cic. 3. de Nat. deor. Cui in agro Ardeati rem divinam facere solemus. Legitur & Ardeatino.
Ardea, Civitas Illyria. Steph. civis Ardeas dicuntur.
Ardiscōs, *ardiscōs*. Teste Aristarcho, fluvius Scythiæ, cujus meminit & Herod. lib. 4.
Arduenna, Sylva est miræ magnitudinis, quæ olim à ripis Rheni & Trevirorum finibus, ad Nervios usq; pertigit, & in longitudinem, teste Casare, millibus amplius quingentis patuit. Vulgò *Ardena*.
Ardys, *ardys*. Filius Gygis Lydorum regis, cui etiam in regno successit, ut scribit Herod. lib. 1.
Area, *area*. Sive aria media producta, Insula est in Pōto versus Cholchos, Marti consecrata. Item Area, *area*, font & lacus in Thebis, incolæ Ari dicuntur. Steph.
Arecomici, *arecomici*. Populi sunt Galliæ Narbonensis, trans Rhodanum, in Occasum versi, quorum metropolis est Nemausum. Vulgò *Nimes*. De his Plinius libro 3. capite 4, & Pompon. libro 2. Strabo Aticomiscos vocat, Ptolemæus Arecomios.
Ardete, *ardete*. Civitas est in Mediterraneo Narbonensis Galliæ, à Plinio dicta colonia Sextanorum: quoniam ex sexta legione coloni eò deducti sunt. Vulgò *Ardet*. Est & Germaniæ civitas in Norico, Ptolemæo, quæ vulgò *Isaq* appellatur.
Aremoricæ, *aremoricæ*. Galliæ comatæ pars tertia, à Celtis Garumna fluvio divisa: alio nomine Aquitania dicta, teste Plin. lib. 4. ca. 17. Vulgò *Guinnes*.
Arenæ, *arenæ*. Peloponnesi civitas est juxta Pylum, quæ flumine Mitycio abluatur. Urbis hujus meminit Hom. li. 2. Iliad. & Strabo lib. 8.
Areopagus, *areopagus*. Pen. prod. [*ἀρειος πάγος*]. Stephano. Germ. *Ein pag*. In Athenis genatur vob temp. Martis, in veldem mas ober die hilt vob and er miltige sctm ristit. Vicus erat Athenis à templo Martis sic cognominatus, ubi primum iudicium capitis actum fuisse scribit Plin. lib. 7. Nam quum Mars Halimthothis, Neptuni filium, qui vim Alcippæ filie sue intulerat, occidisset, à Neptuno homicidii reus factus est, causaq; à duodecim diebus in Areopago cognita, sex sententis est absolutus. Meminit hujus iudicii Hellanicus 1. Historiar. Libanius quoq; pereleganti declamatione Martis causam tuetur.
Areopagita, *areopagita*. Pen. prod. [*ἀρειοπάγιος*]. Ger. *Die areopagisten*. Richter in Athen in temp. Martis. Illi dicebantur, qui in templo Martis iudicabant: quod iudicium exquisitissimum habebatur. Nam quum Mars, qui Græcè dicitur *ἀρης*, homicidii crimine reus factus esset à Neptuno, iudicantibus duodecim diebus in eo pago sex sententis absolutus est, ut Stephanus Byzantius docet, & multi alii Græci. De his vide copiosius apud Alexandrum ab Alexandro, lib. 3. cap. 5. & lib. 4. cap. 11, & lib. 6. cap. 11. Apud Cælium Rhodig. Antiq. lect. lib. 7. cap. 19. Budæum in Pandectis, & Eras in Chiliad. qui duas ab hac voce ortas potestates recenset. Una est, Areopagita, *ἀρειοπάγιος*. De iustis, severoq; dicebatur: aut etiam de iudice vehementer in corrupto. Invenitur & *ἄρειοπάγιος* id est, Tristior Areopagita. Alludit ad hoc proverbium Cic. ad Att. libro 1. & 4. Altera est, Areopagita taciturnior, *ἀρειοπάγιος*. Dicebatur de eo qui commissam arcanum optime contineret.
Areopolite, *areopolite*. Pen. prod. *ἀρειοπολίτης*. Qui habitant Areopolim.
Areopolis autem civitas est Arabiæ, quæ alio nomine dicitur Moab. De qua in dictione MOAB.
Ares, *ares*. Regio Eubiæ, Stephano: hinc Aresio gētile.
Arestor, *arestor*. Pater Pelasgi. Vide in PARRHASIA.
Areta, *areta*. Fuit Aristippi philosophi filia, quæ ei successit in schola summum bonum in voluptate, quæ maximè sensum moveret, posuit. Hujus filius fuit Aristippus, qui quoddam matre philosophiam hauserit, *ἀρειοπάγιος* cognominatus est. Fuit præterea hoc nomine Alcinoi Phæacum regis uxor: de qua Homerus in Odyss.
Arethous, *arethous*. Rex fuit in Arna Bœotia.
Arethusa, *arethusa*. Virgo venatrix, Dianæ comes, ab Alpheo amara, cujus vim quam effugere non posset, Dianæ miseratione in fontem sui nominis dicitur commutatam: qui ne amaretis aquis pollueretur, per subterraneos cuniculos in Sici-

liam aufugit, & juxta Syraculas uberissimo aquarum gurgite emergit. Vide & Syraculas: *Arethusa* dicta sunt fontis patrouyanci feminini. Ovid lib. 4. Fast. Vix Syraculas Arethusa abfultit armis Claudius. *Arethusa* fons Syriacæ: certus in Calcidæ: quartus in Ithaca: quintus in Eubœa: sextus in Bœotia prope Thebas. Didymus octo ejus nomina fontes commemorat: adeo ut epitheton esse putetur cuiuscunque fontis, ad irrigando. Est præterea Arethusa, lacus Armeniæ majoris, pondera omnia sustinens, & nitrum nebulis exhalans: per quem Tigris fluvius tanto fertur impetu, ut aquæ non commisceantur. Vnum ei piscium genus est: & hoc transcurrentis fluvii a veo non miscetur, sicut nec è Tigris pisces in lacum transfatant. Autor Plinius libro 6. capite 27. Est & Arethusa locus Syriæ munitus juxta Emesam sexdecim millibus passuum: quæ Arethusa, ut inquit Strabo. Est item Arethusa urbs una Eubiæ: altera Syriæ, auctore Volaterrano.
Arecium, *arecium*. Civitas Tusciæ, à Græcis condita eo tempore quo populos Israél sub iudicibus regebatur: à qua incolæ dicti sunt Arecini. *Arete* quoq; sicutia quæ in ea habebant, Aretina appellabantur. Mart. li. 4. Aretina nimis spernæ ne vasa monemur: Lautus erat Tusci Posena filii. *Argæus*, *argæus*. Pelopis fuit filius, & Alectoris pater. Alius fuit Licymni, qui ab Hercule abductus, vi morbi percipit perit, cuius crematos cineres Hercules retulit, ut ius iurandi, quod dederat se illum reducturum, servaret. Hunc dicunt primum fuisse qui crematus sit, & ab eo deinde morem servati. Est item Argæus, Cappadociæ mons arduus, & perpetuis pruænis rigens, cui Mazæca civitas Cappadociæ metropolis subjacet. *Argæus*. Autor Strabo lib. 12.
Argante, *argante*. Civitas Indiæ. Steph.
Arganthonius, *arganthonius*. Rex fuit, ut testatur Herod. lib. 1. in Arna civitate Bœotia. Fuit item Arganthonus, Tartessus rex in Hispania, quæ Plinius ait vocat CXX annos Silius autem CCC. qui ejus meminit li. 3. Arganthoniacos amat Carteria nepotes: Rex proavus fuit humani diuissimi avi, Ter denos decies emensus belliger annos.
Argathon, *argathon*. Mons in Mylia, ubi raptus Hylas. Dicitur ab Argathone Rheii conjugis, cui & Argathon, ut monti quoq; nomen fuit.
Argæi, *argæi*. Pen. prod. Loca quædam Romæ appellantur, quod in his sepulti essent quidam Argivorum illustres viri. Hæc Festus. Livius Argæos vocat masculino genere. Sic enim scribit li. 1. ab Vrbe: Multa alia sacrificia, locaq; sacra faciendis, quæ Argæos Pontifices vocant, dedicavit. A Varrone lib. 4. de ling. Lat. Argæorū sacraia appellantur. Reliqua (supra) urbis loca olim discretæ, quum Argæorum sacraia in septem & viginti partes urbis sint disposita.
Argenus, *argenus*. Stephano. Insula est Lesbos adiacens, juxta Argemon promontorium: in qua Alcibiades extinctus est. Plin. lib. 5. cap. 31. Arginusam vocat.
Argentina vel **Argentorum**, [*ἀργεντα*]. Prolem. Vulgò *Strasburg* dicitur. Vbis Galliæ ad Rhenum fluvio: quum tamen Germani habitant, sicut pleraque alia cis Rhenum oppida.
Argæus geageum, *argæus geageum*. Denominativum deducunt ab Argis Peloponnesi urbe, idem significans quod Argæus. Herat. lib. 4. Carminum: Tybut Argæo positum colono. Argæi quoque, teste Varro, dicebantur scurpeæ effigies, quæ per virginis Vestales jaciebantur singulis annis in Tyberim pro pontem Sublicium.
Argæi, *argæi*. Pen. prod. *argæi*. Adralis regis Argivorum filia, & auctor Polynicis: de cujus in defunctam matrem pietate, vide Sæntium lib. 12. Theb.
Argæi, *argæi*. Pen. prod. *argæi*. Insulae sunt numero viginti, Cæcis jacentes: ut scribit Plin. lib. 5. cap. 31.
Argila, *argila*. Vbis Carix, Steph.
Argiletum, *argiletum*. Locus erat Romæ juxta Palatium: ita dicitur ut quidam volunt) ab Argo Argivorum duce, qui ab Evandro hospitio exceptus, quum in affectati regni suspitionem venisset, ab Arcadibus, inscio (ut volunt) Evandro, est occisus. Cui postea Evander tumulam erexit, quem de nomine ejus Argiletum appellavit. Huc alludit Virg. 8. Aen. & Ieri docet hospium Argi. Alii, Argiletum dictum putant, quasi argiletum, ab argilla hoc est creta, cujus eo in loco erat magna copia. Vnde opinio nem refert Varro lib. 4. de ling. Lat.
Argillus, *argillus*. Pen. corr. *argillus*. Herodoto, libro 7. hist. est, Vbis fuit Armathæ, non procul ab ostio Strymonis fluvii versus Occidentem.
Arginusæ, *arginusæ*. Insula est exigua, Lesbos adiacens inter Methynam & Mitylenen, juxta Argemon promontorium: unde & nomen habet. Meminit hujus insulae Plin. li. 5. ca. 31. Stephanus *arginusæ* vocat. Strabo autem lib. 13. res facti insula Arginusæ modico intervallo discretas.
Argiphontes,

Argiphontes. [Argiphontes. Germ. Ein junger Mercurius, Metheer er betommen hat / das er des Argum vmbdringt hat.] Cognomen est Mercurii, tractum ab Argo cœnotulo, his cunctis, quem Iovis iussu interfecit. Mythologici interpretantur Argum spheram esse stellatam, quod illi insit species quædam cœlestium oculorum. Iam autem terrâ esse voluit, quam Aegyptii in hieroglyphicis literis bovis imagine exprimit. Hanc Argus: hoc est, cœlum stellatum nocturno tempore desuper videtur observare. Mercurium autem Solem interpretantur, qui Argum tunc dicitur occidere, quum luminis sui magnitudine stellas omnes obscurat, earumque conspectum mortalibus eripit. Vide Macrobi. Satur. lib. 1. cap. 19.

Argippæi, orum. Argippæi, Populi sunt Scythiæ, juxta Sarmatas & Thussagetæ, ab ipsa civitate calvi, simis natis, & ingenti mento, proprio quodâ ore sono, ex arboribus videntur. Hi quum arma nulla habeant, à nemine tam en afficiuntur injuria: propterea quod dicitur putentur. Idem finitimum controversas dicunt, & ad se cõfugientes tuentur ab injuria. Plura de his Herod. lib. 4.

Argilla. Argilla, Thessaliæ civitas est prope Peneum, condita à filio Lanix: deinde Argilla vocata, ut scribit Strab. lib. 9.

Argo, signum cœlestis, ius prima navis, qua Iason cum flore juvenutis Græciæ, Colchida navigavit. Vide in APPELLATIVIS.

Argonauitæ, Vide in APPELLATIVIS.

Argopelasgos, Homerus vocat Thessalos.

Argos, eos, & in plurali numero Argi, orum. [Argos, in Germ. Argos, in Græc. Argos] Clarissima civitas Peloponnesi, non procul à Mycenis, quæ ad discrimen aliarum ejusdem nominis urbium Argos Hippium dicebatur, quod agrum haberet patcedis equis in primis idoneum. Dicitur & Dipylon, ab aqua penuria: quod sit ut plures eodem uteretur puteo: quod genus est apud illos à civilitate societas. Aliquando & Phoronicum dictum est, teste Stephano, à Phoronto primo rege. Est autem hoc nomen in singulari numero acut. gener. quod apud Græcos declinatur, Argos, Argi, Argos. Apud Latinos autem tantum in usum habet nominativum, accusativum & vocativum. In plurali vero masculinum est secundæ nominum inflexionis. Horatius: Aptum dicit equis Argos, dicitur Mycenæ. Virg. 7. Aeneid. Ecce autem Iasonem sese referebat ab Argis. Clara Iovis conjux. Idem lib. 10. Hercules Antoræ comitem, qui in illas ab Argis. Est item Argos oppidum Thessaliæ, quod & Pelasgicon dicunt, à Pelasgis. Lucanus: ubi nobile quondam Nunc super Argos stat. Aliud in Acarnania, Amphilocheum cognominatum, quod Alcmeon, ejusque liberi condiderunt, ut inquit Strab. lib. 7. Fuit & Argos Apuliæ oppidum, à Diomede conditum, & primum à nomine relicta patris Argos Hippium appellatum: quod deinde Argippam, & postremo Argos vocarunt. Thessaliæ quoque aliquando Argos Pelasgicon appellatum fuisse, auctor est Plin. lib. 4. cap. 7. Ipsam præterea Peloponnesum antiqui Argos, & Argos Achaicum appellaverunt: ut scribit Strabo lib. 8. Est item Argos, sive Argus, cuius nomen apud Homer. lib. 17. Odyss. qui Iolus Vlysses vigesimo demum anno in patriam redeuntem agnovit.

Argivus, pen. pro. adjectivum, Argivus: id est, Græcus. Virg. 2. Aen. Argiva phalanx. Cic. 2. de Orat. Argivus orator. Argiva calumnia, Argiva proci. De calumniis & delatoribus dicitur soliman. Nam Argivos olim notavit antiquitas, tanquam sycofantas & litium avidos. Eustathius ex Pausania, & Diogenianus in collectaneis. Argivi fures, Argivi proci. De partem improbis. Nam Argivi in furacitatis infamia laborabant antiquitus. Extat & hoc apud Suidam. Argivos vides, Argivos egas: id est, stupentibus & attonitis oculis.

Argolicus, ca. cum, Argivus: idem quod Argivus: ut Virg. 1. Aen. Argolicis excendi Pergama telis. Cicero in Atat. Argolica navis.

Argolis, idis, feminini generis, Argiva. Ovid. 9. Metam. at longis anxia curis Argolis Alcmenæ.

Argolis, a. um, Argivus: idem quod Argolicus. Horat. in Epod. Non huc Argos contendit remige pinus.

Argulus, Filius fuit Amyclæus, quem primum apud Achaeos quadrigam junxisse dicunt, qui alii Arogilo illud ascribunt.

Argulla, Civitas Thessaliæ, quæ prius Argilla dicebatur. Vide ARGILLA.

Argissa, Est & locus Eubœæ. Vide Steph. qui loci illius incolæ etiam Argivos, & Leontinos vocari scribit.

Argus, Argus. Nomen proprium regis Argivorum, filii Apis, à cuius nomine Argivi appellati sunt. Hoc regnate cepit uti frugibus Græcia, & habere segetes in agricultura, delatis aliunde seminibus. Et post obitum Deum haberi cepit, templo & sacrificiis honoratus. Fuit præterea Argus filius Phryxi, qui aurato ariete in Colchidem transvectus est. Fuit & alius Argus, à Græcis cognominatus, quod totus oculis scateret, quem Poetæ fabulantur à Ianone constitutum fuisse custodem Ixionis filie, quam Iupiter in Jovene formam commutaverat. [Ger. Einer diefer Namens / der nach Pötschen gedicht habet Argos gehabt hat.] Hunc postea Mercurius Iovis iussu interfecit: unde & Argiphontes cognominatus est. Iuno autem oculos ejus, avis suæ: hoc est pavonis caudæ inseruit. Hinc Argum fallere proverbialiter dicimus de vehementer astuto. Hanc fabulam latissime describit Ovid. lib. 1. Metamorph. Mythologici Argum interpretantur spheram esse stelliferam, innumeris oculis: hoc est, stellis resurgentem: Mercurium autem Solem esse voluit, qui tunc Argum dicitur occidere, quum diurno suo lumine stellarum lucem obscurat. Vide Macrobi. 1. Saturn. cap. 19. unde & Argiphontes cognominatus est, quod Argum peremerit. Myth. autem Argus est cœlum stellatum, luce distinctum, quibus inesse quædam species cœlestium videtur oculorum. Argus quoque vocatus fuit navis illius architectas, quæ ab illo Argo dicta est, qua Iason, una cum Minys in Colchidem vectus est.

Argyra, Argus. Civitas Siciliæ, unde se Diodorus Siculus ostendendum facit: qua Argyrini. Est & Argyra, Taprobana insula metropolis, cuius incolæ dicuntur Argyrini. Argyrina, Stephano.

Argyrrippa, Argyrrippa Stephano, Apuliæ civitas est, à Diomede condita: quam primum à nomine relicte patriæ Argos Hippium appellavit. Postea corrupto vocabulo Argyrrippa dicta est, & Arpi. Virg. lib. 11. alterum p abjecit metri causa. Ille (inquit) urbem Argyrrippam patriæ cognomine gentis, Victor Gargani condebat Iapygia agris.

Argyrini, Argyrini, populi Epirotici, Steph.

Argyrondas, Argyrondas, Aetoliæ fluvius: ita dictus ab argenteo aquæ candore.

Argyrotochos, Argyrotochos, Apollinis epitheton, quasi argenteum arcum gerens.

Argyrus, Argyrus, Civitas quædam apud Philistum, Steph.

Argyrus, Argyrus, Mons. Vide TARTESSVS.

Aria, Aria. Regio est inter Indos & Partos sita, juxta Gedrosios, & Deagianos: quam recentiores Geographi Tarquellam vocant. Est etiam Aria, insula in Ponto, verius Colchos, Marti sacra, aliâs Chalcentis dicta. Plin. lib. 6. cap. 12.

Ariabignes, Ariabignes, Fuit Darii filius ex filia Gobryæ, qui una cum Pixaspæ & Megabazo præpositus fuit classis Xerxis. Herod. lib. 7.

Ariadna, Ariadna, Filia Minos regis Cretæ ex Pasiphae uxore, cujus industria Theseus ab Atheniensibus Cretam missus à Minotauro devorandus, labyrinthum filo duce, quod Ariadne dederat, evasit, decessit prius Minotauro. Theseus autem ejus amore captus, quum in patriam revertetur, eam abduxit: sed prius benedicti immemor, abduçam in Insula Chio, seu Naxo perjurus deseruit, quam Bacchus postea in uxorem duxit, ejusque coronam novem stellis ornatam, quam à Venere acceperat, altis intulit, vocatamque corona Gnosia. Postremo à Diana sagitta dicitur occisa, eò quod virginitatem non servasset.

Ariamnes, Fuit nobilissima Armeniæ civitas. Tortellius.

Arianthe, Arianthe, Civitas Oenothrorum, Arianthe Steph. Vide in ARINTHE.

Arianus, Poeta, cujus carminibus Tiberium principem delectatum fuisse, Tranquillus scribit. Ejus autem opera Suidas commemorat. Metaphrasim Georgicorum Virgilit. Alexandriada, Poëma videlicet de rebus gestis Alexandri Magni.

Ariapyses, Scythiarum rex, Tortellius.

Ariaria, Ariaria, Gens Gadulæ sintima, Steph.

Ariarathes, Ariarathes, Cappadociæ rex fuit, à populo Romano in societate acceptus. Fuit hic Antiochi gener, qui Ariarathem civitate condidit in finibus Cappadociæ: de qua Steph.


Aricandus, Fluvius est Niladis (quæ est minoris Asiæ reginula, in confinio Pamphylie, Carie, & Lycaoniæ sita) qui in Lymirum amnem influit. A' fluvii hujus nomine vicinorum oppidum Aricanda appellatur. Vtriusque meminit Plin. lib. 5. cap. 27.

Aricia, Aricia, Vrbis est in Italia, quæ ædificavit Hippolytus Thesei filius, & à nomine conjugis Ariciam appellavit. Abest ab Vrbe ad decimum lapidem. Mart. Mittit præcipuos nemoralis Aricia porcos. Lucanus: Distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma.

Aricinum nemus, erat juxta Ariciam urbem, in quo Aegeria Nympha erat, cum qua loqui solitum ferunt Numam Romanorum regem.

Aricinus lacus, erat juxta Ariciam urbem, qui Speculum Dianæ vocabatur: in quo nunc quoque insula proceris arboribus nobles conspiciuntur.

Aricomisci, populi in tractu Narbonensis Galliæ, trans Rhodanum, inter Volcas numerati, quorum metropolis est Nemausum. Plin. lib. 3. cap. 4. & Pomponius lib. 2. Aricomicos vocant. Ptolemæus Aricomios. De his sic scribit Strabo lib. 4.



Vteriores fluvii (Rhodanum intelligit) partes Volsca, quos Aricomis appellat, maximum incolunt spatium, quoru portus & navium receptaculum Narbo dicitur.

Ariel, [Ἄριελ ἀριέλ.] Quidam putat esse Acropolim ac idolum Martis, quod illic situm est: interpretatur autem *Leus Dei*, Hierusalem figuratim significans.

Arii, *ἄριοι*, populi sunt juxta Indiam, Gedrosiis & Drangianis finitimi. Herod. lib. 4. histor.

Arima, *ἄριμα*, Locus Ciliciae, vel Syriae, vel in Pithecusis juxta Tynhenos, ubi Typhoeum terra obrutum in fabulis est. Stephanus. Vide **INARIME**.

Arimantus, *ἄριμαντ*, Plutonis cognomen apud Persas.

Arimaspi, [Ἄριμασπι.] Ger. *Ἄριμασπι* in Scythiam se nunc emigravit. Populi Scythiae Europae, versus Aquilonis exortu, ut lib. 7. Plin. refert, qui unicuique in media fronte habent oculum, & cum gryphis aut custodiibus continuè praesentantur.

Arimaspis, [Ger. *Ἄριμασπι* in Scythiam det. Götterfand. t. 1. 1. 1.] Fluvius est Scythiae in Asia, autem arenis abundans. Vnde Lucan. lib. 3: auroq; ligatas, Substringens Arimaspe comas.

Ariminum, *ἄριμινον*, Vulgò *Arimino*. Civitas Italiae, à lumine propinquo ejusdem nominis sic dicta. Haec quondam Umbrotum colonia fuit, sicut & Ravenna: verum utraq; accepit Romanos inquilinos. Habet autem haec civitas portum non ignobilem, non procul à Rubicone amne, qui olim Italiam à Gallia discernerebat. Aedificata est autè anno ante Christi exortum 270, Ptolemaeo Lagi filio Aegyptus imperante, P. Sempronio & Applo Claudio Consulibus. Ad quam visendam, compositis Siciliae rebus, Sempronius navigavit. Eam Octavianus ampliavit, & à Liburnis dictam Diocletianus reposuit, fusisq; Liburnis arcum triumphalem in ea extruxit. Est etià Ariminum urbs Galliae Aquitaniae provinciae, quae, teste Plinio, Armorica dicta fuit, unde adhuc hodie ejus pars *Arminae* vulgò appellatur. Eutropius lib. 2. de bello Tarentino: Conditae sunt à Romanis civitates Ariminum in Gallia, & Beneventum in Samnio.

Arimphaei, *ἄριμφαιοι*, Sunt populi Asiae Septentrionalis prope Rhiphaeos montes. Habent pro domib. nemora, pro alimentis daccas, & tam foemina, quam mares, comam tondeant. De his Ammianus sic habet: Vbi montes Rhiphaei desiciunt, Arimphaei inhabitant, iusti homines, & moru placiditate cogniti.

Arimus, Rex Myliae, seu Mæoniae. Autor Vatro, Xanthum citans antiquum rerum scriptorem.

Arindela, *ἄρινδελ*, Pars quaedam, aut vicus Palæstinæ. Steph.

Arinthe, Vide **ARIANTHE**.

Ariobarzanes, *ἄριοβαρζανης*, Cappadocum rex fuit, populi Romani amicus, qui Pompeii partes adversus Caesarem fovit.

Ariodunum, Urbs Bavariae [Vulgò *Erdingem*.]

Ariomachus, fuit, teste Herodoto, Darii filius.

Arion, pen. prod. [Ἄριον.] Ger. *Ἄριον* berolmpter poltend Hartf. sen schaber auf der Insel Lesbos birtig. Citharæodus nobilit fuit, & Poëta lyricus ex Methymna Lesbi civitate ortus, qui primus dithyrambos creditur invenisse. Hic quum ex Italia, ubi ingentem pecuniam vim arte sua meruerat, Corinthu trajiceret, videretq; à nautis, qui opibus suis inhabant, sibi insidias strui, non nihil spati ab aliis sibi concedi postulavit, quo veluti cygnus moriturus, suas sibi exequias caneret. Quod quum impetrasset, stans celsa in puppi, carmen orthium diis marinis cecinit: quo peracto, se in mare precipitem dedit: statimq; à delphino exceptus, ad Tænarum Laconiae promontorium est pervectus: unde sese ad Perandrum Corinthioru tyrannum contulit: qui emissis navigiis cum militibus, nautas comprehendit, qui rem, uti gesta erat, cõfessi, gravissimo supplicio ejus iussa sunt affecti. Refert historiã hæc, sive potius fabulam, Herod. lib. 1. & Plutarchus in Symposio septè Sapientum. Fuit & Arion equi nomen. Propertius: Qualis & Adrastris fuerit vocalis, Arion, Tristis ad Archemoni funera victor equus.

Ariopagus, Vide **AREOPAGUS**.

Arisbe, *ἄρισβε*, in agro Trojano civitas fuit ab Achille everfa. Item alia in Lesbo insula. Vide Strab. lib. 13.

Arisbus, Fluvius Thraciae, vulgò *Arissas*.

Aristadium, Turingiae Urbis, vulgò *Arnsfæ*.

Aristæus, *ἄρισταυ*, Filius fuit Apollinis ex Cyrene filia Penei fluvii Arcadiae, qui deinde in Arcadia regnavit, & primus apum, olei, & mellis usum, lactisq; coagululum demõstravit, & alia quamplurima adinvenit: ut refert Iustin. lib. 14. Primus quoq; apum ex bubulis viscerib. reparandarũ rationem tradidit invenisse. Nam quũ Eurydicæ Orphei uxori amore ejus captus, vim inferre conaretur, illa per avia fugiens, morfu serpentis est occisa: in cujus ultione Nymphæ omnes apes perdidit. Quapropter matris auxiliũ imploravit, quæ illum ad Protea consulendũ perduxit: à quo infortunii causam edoctus, Eurydicen sacrificiis placare iussus est: quod quum faceret, taurusq; quatuor & totidem iuvenas immolaret, ingens

apum multitudo è bobus erupit, atq; hoc pacto apes suas recuperavit, ut satis copiose tradit Virgilius fecit in fine libri 4. Georg. ibi Pastor Aristæus fugiens Peneia Tempe, etc.

Aristagoras, *ἄρισταγορας*, fuit praefectus exercitus Darii contra Græcos, teste Herod. lib. 5.

Aristarchus, *ἄρισταρχος*, Nomen Grammatici, qui tantum sibi in Homeri poemate permisit, ut versus quos vellet, velut suppositivos partus, ab Homeri familia submoveret. Vnde etiã hodie Aristarchos vocamus alienorum scriptorũ censores.

Alius fuit Tegeates, poëta Tragicus, cujus meminit Horatius: Fiet Aristarchus. Fuit item alius Mathematicus.

Aristæas, *ἄρισταεας*, Patria Proconnefus, nobilis poëta fuit, qui Croesi & Cyri temporibus claruit. Scripsit Theogoniam, & tres libros eorum carminum, quæ Arimaspe dicitur. Suidas.

Aristides, *ἄρισταδης*, Cognomento *ἄρισταδης* est, iustus, Athenis à Themistocle in administranda Republ. dissentie, quum esset diversis moribus: Catoni alter, Caesari Themistocles comparandus. Autor Plutarchus. Hic tanta fuit rei familiaris tenuitate, ut quoties Imperator designaretur, necesse esset aliquid ei pecuniae in crepidas, & pallium decernere. In senatũ quandoq; vocatus, ea excusatione usus est, quòd pallium lavisset, nec aliud haberet, quo indueretur. Eo mortuo, in 2. d. ejus nihil prater veru ferreum inventũ est. Civitas tamen beneficiorum ejus non immemor, filias ejus ex publico egrègiè dotavit. Fuit etiam hoc nomine Sophista quidam, ex Adrianis Myliae, sive Bithyniae urbe ortus, qui quum Smyrnae profiteretur, advenienti foris M. Antonio principi anus omnium non processit obviam, eòq; modo in cognitionem & amicitiam venit Imperatoris. Aristides item Thebanus poëta fuit. Apellis tempore. Is omnium primas animum poëx, & sensus expressit omnes, quos Græci vocant *ἄρισταδης*, duos aliquid tantulum in coloribus. Hujus pictura illa præcipuè laudatur: infans à drepens ad mammam matris ex vulnere mortuus, ac manu prohibentis. Sentire mater & timere viderat, ne è mortuo lacte sanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander transtulit Pellam. Ex Plin. lib. 35. cap. 10.

Aristippus, *ἄριστιππος*, Nomen philosophi Cyrenaeici. Hic dicere solebat, quòd lautior victus nulli impedimento ad bene vivendum. Socratis etiam auditor fuit, primusq; Socraticorum mercede philosophatus est. Habuit ingenium ad omnia pro tempore, loco, & persona simulanda omnino promptum, & ob hoc Dionysio prater omnes erat charus. Irit praesentibus voluptatibus libenter suabatur: ita & abentibus facillè contemnebat. Hic quum è patria in Græciam philosophandi causa proficisceretur, iussit servos aurum projicere, ut expeditiores ad iter capessendum essent. Voluptatem, bonorum: dolorem, malorum finem constituit: ceteras scemias exclusit, illud solum utile putans, ut quæras, si quid domina sit aut boni tibi contigit. Summum bonum posuit in levi motu ad sensum emanantiũ est, in voluptate corporis sensu tranquillante. Qui ab eo fluxerũt, & in dogmate permanserunt, ad hominis patriam Cyrenaeici sunt appellati. Tradunt Platonem dixisse. Solum Aristippo & chlamydem & pannum ferre dactum est, Horatius: Omnis Aristippum decuit status & color & res. Fuit & alter Aristippus, hujus nepos ex filia, Metroditi filius dictus, quasi à matre doctus. Hic in navigio à tempestate deprehensus timuit, & expalluit. Et interrogatus, à quodũ quere philosophus timeret, quum ipse contra nihil metueret, festiviter respondit: Non eandem sibi & illi causam esse: quoniam is non esset magnopere sollicitus pro anima nequissimi orbis lonis: sese autem pro Aristippi animam timere.

Aristo, *ἄριστος*, Philosophus, cognomẽto Scepticus, quod Latine questor & cõsiderator dicitur. Semper enim in quædã, cõsiderandoq; fuit. Hic natione Cõus, & Zenonis fuit auditor. Apud hunc omnia indifferentis, ut erant inter optime valere, & gravissimè ægrotare, nihil interesse diceret: quare etiã tanquam naturam ipsam excludens, ab omnib. fuit rejectus.

Aristobulus, [Ἄριστοβουλος.] Ger. *Ἄριστος* dem 72. *Demetrius* der *Hellenen* geseñst. Iudæus ex Pancade, Agathobuli Hebræi discipulus, unus fuit ex illis LXXII. interpretibus, qui missi fuere ad Ptolemaum, tunc Iudææ dominũ, uti sacros libros in Græcum sermonem converterent. Qui multa ex preceptis Moiseos proponenti regi, percontantiq; sapienter responderunt. Hic commentarios etiam in legem Hebræorum edidit. Autor Eusebius. Aristobulus alter historicus item Iudæus, qui res gestas Alexandri magni conscripsit, cometi q; peregrinationis fuit. Volaterranus.

Aristocles, *ἄριστοκλεις*, Philosophus fuit Messanensis peregrinatus. Scripsit de philosophia libros decem. Vixit set studo & doctrina prior, Homeri usque ad Plato: in quibus Philosophorum omnium catalogum contextit, opinionerque recollect. Fuit item Aristocles Lampfacenus philosophus, quib. alius Megarensis sophista, sub Trajano & Adriano, scripsit de Rhetorica epistolas, & declamationes ad Imperatorem, quidam

dar. Nomen item fuit avi patris Platonis, qui & ipse Aristocles vocabatur: postea Plato ab humerorum latitudine dicitur. Vide Laertium.

Aristocles, Ἀριστοκλῆς, Orchomeni tyrannus, qui Symphaliden virginem adamavit. Vide in dictione S T Y M H A L Y S.

Aristocrates, Ἀριστοκράτης, Civis quidam Rhodius fuit, qui quod plurimum dignitatis, strenuitatisque pre se ferret, civium omnium consensu belli dux electus est: in quo spem suorum egregie felicitate potuit qui in rebus gerendis, tanquam ad ultimum nummus in igne, degenerare plane appareret, & omnino alius, quam prima fronte promiserat. Ex Suida.

Aristodemus, πεν. πρὸδ. Ἀριστοδῆμος, Nobilis Grammaticus fuit, Pompeii liberorum praeceptorum: manē Rhetoricam, meridie Grammaticam docebat. Strabo.

Aristogenes, Ἀριστογένης, Medici Thaliti nomen, qui varios de re medica libros conscripsit ad Antigonum Macedoniam regem. Aristogenes alter Gnidius, item medicus, servus Chrylippi, famam adeptus est ex curatione Antigoni Gonatae. Autor utriusque Suidas.

Aristogiton, Ἀριστογίτων, Nomen est civis cujusdam Atheniensis, qui aditus ab Harmodio Pisistratum tyrannum interimitunde utriusque ab Atheniensibus in foro positus sunt statuae. Vide Herodotum. Fuit etiam hoc nomine Orator Atheniensis, qui Canis dictus est, quod optimo cuique allaturat. Scripsit etiam invectivam adversus Timotheum, Timarchum, aliosque complures. Vide Suidam.

Aristolaus, Ἀριστολάου, Pictor, Pausiae discipulus, & severissimus pictoribus fuit. Ejus opera nonnulla commemorat Plin. lib. 35. cap. 11.

Aristolochia Cretica, tertium ejus genus, radice longissima, flore purpureo, colore burgeo, bacculas ferens ut capparis.

Aristomachie, Ἀριστομαχία, Nomen sororis Dionysii tyranni, & uxoris Dionis. Vide Plutarchum in vita Dionis.

Aristomachus, πενulte corr. Ἀριστομάχος, Solentis quidam fuit, qui thro apum amore flagravat, ut annis duodeviginti nihil aliud egerit. Quintianum librum de eorum cura, & ratione mellifici edidit. Fuit & alter Aristomachus, qui de arte vini apparandi voluminem conscripsit. Utriusque meminit Plinius: illius quidem, libro 11. capite 9. hujus verò, libro 14. cap. 19.

Aristomenes, πεν. corr. Ἀριστομένης, Nomen Messenii viri, qui passivus fuit, ut scribit Hieronymus. Hic Lacedaemonis quodam tempore nocturna sacra celebrantibus, quae vocabantur Hyacinthia, rapuit de choris ludentium virgines duodecim, & tota nocte gradu concitato fugiens, excessit de finibus Spartano: quumque eas comites ejus vellent violare, inonuit quantum potuit, ne hoc facerent: & ad extremum quosdam non parcentes interfecit, ceteris metu coactis. Redempta postea a cognatis puellae, quum Aristomenem viderent caedis reum fieri, tandem ad patriam non sunt reversae, quibus iudicium ad vota genibus, defensorē pudicitiae suae ceterent absolutum. Hic dux tanta calliditate fuisse fertur, ut septem Lacedaemonios deciperet: quorum sex per urbem ingressus est, & aliquando captus, atque in vincula conjectus calliditate sua evasit: quod quum semel atque iterum & tertio fecisset, tandem occisus est à Lacedaemoniis, & execto corpore in vectum est cor ejus pilosum fuisse.

Ariston, ονις, πενulte. genitivi cor. Ἀρίστον, Sculptor, cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8. Et Iulianus quidam doctissimus apud Gell. lib. 11. cap. 18.

Aristonicus, Ἀριστονικός, Eunuchus fuit, summus alio qui bellidux, cujus fidelis opera Ptolemaeo plurimum in bello profuit. Fuit etiam hoc nomine Grammaticus, qui in Hesiodi Theogoniam commentarios conscripsit. Utriusque meminit Suidas.

Aristonides, Ἀριστονόης, Statuaris insignis nomen: qui quum Athamantis furorem, Learcho filio praecipitato residentem, ejusque poenitentiam velle exprimeret, ferrum, & aes miscuit, ut ferri rubigine pernitentem aëris relaceret, exprimeretur vetricundia rubor. Plin. lib. 34. cap. 14.

Aristonymus, Ἀριστονόμος, Insignis comediarum scriptor fuit, qui Ptolemaei Philadelphii temporibus floruit, cujus etiam bibliotheca fuit praefectus. Suidas.

Aristoparra, Ἀριστοπάρρα, Mater Crateri cujusdam, qui sub Alexandro militavit, ut autor est Strabo.

Aristophanes, πεν. corr. Ἀριστοφάνης. Germ. Ein Griechischer Poet aus der Insel Rhodus. Poeta comicus ex Lindo Rhodi oppido: lege verò Atheniensis, patre Philippo maledicus, & in carpendis hominum vitiis liberissimus ac mordacissimus: in veteris terrametri & octometri versus. Filios habuit Atarota, Philippo, Philotaxum, Comicos omnes. Docuit fabulas 1111. Suidas. Hic Atticæ linguae nobilitate adeo prepollet, ut Dionysio rogati aliquem ejus sermonis eruditum,

autorem hunc miserint. Socratis amulus fuit, quem exagitat, & insectatur in Nubibus. Aristophanes alter, Byzantinus Grammaticus, Apellis filius, dux etiam exercitus, discipulus Callimachi, Zenodoti & Dionysii. Autor Suidas. Aristophanes Grammatici. Quintil. lib. 1. mentionem facit.

Aristophon, Ἀριστοφών, Pictoris nomen apud Plinium, lib. 35. capite 11.

Aristor, ονις, πενulte. genitivi correpta, Ἀρίστορ, Crotopi filius fuit, & pater Argi ceteroculi, qui ab eo Aristocles vocatur. Ovid. 1. lib. Metam. Doace Aristocles servandus tradidit Argo.

Aristoteles, πεν. corr. Ἀριστοτέλης. Germ. Ein Rhodischer Philosophus des Socrates von Aristoteles Philosophen vorbandi font. Nomen Stagiritæ philosophi, Peripateticorum principis. Hic habuit patrem Nicomachum medicum: matrem verò Phastaden. Fuit parvus, gibbosus & difformis, balbutiens, sed dives, ut qui socius, & praeceptor, & secretarius Alexandri esset. Septemdecim annos natus, Athenas profectus est, ubi viginti annis Platonis se auditorem prebuit. Deinde à Philippo in Macedoniam evocatus, decem annis Alexandrum instituit: cui quam fuerit clarus, vel illud unum abunde magno est argumentum, quod Stagiram patriam ejus, quam diruerat in gratiam ejus instauraverit. Alexandro deinde in Asiam profecto, Athenas rediit, & in Lyceo tredecim annis philosophiæ professus est. Postea accusatus, quod de diis non recte sentiret, cedens invidiæ, abiit in Chalcidem, ibique reliquum vitæ transiegit. Excessit ætatis anno 1111, sub idem fere tempus, quo & Demosthenes extremum vitæ diem clausit. De hoc Quintilianus: Quis Aristotelem? quem dubito scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suavitate, an inventionum acumine, an varietate operum clariorem putem? Hinc sunt adjectiva, Aristotelicus, & Aristotelicus.

Aristoxenus, Ἀριστοξένος, Tarentinus, Mantineæ tamen agens, philosophus & medicus nobilissimus, audivit patrem & Lamporū philosophum & Pythagoræ discipulum Zenophilum Pythagoreum: postremo Aristotelem, cui morienti convitium dixit, quod Theophrastum sibi in scholæ successione praeposuerit. Scripsit omnis generis libros, multos praefertim Suidas. Hic animam dixit harmoniam esse, ut tradit Cic. in Tuscul. Aristoxenus alter Cyrenæus, qui adeo delicatus fuisse dicitur in horrore cura, ut vesperi lactucas mulso imparet, ut luxuriosus succrescerent, & saporis essent praestantioris. Autor Suidas.

Arius, ἄριος, Fluvius qui Asiam regionem irrigat, quæ est inter Parthos & Indos: à quo Arii populi. De hoc Plin. lib. 6. ca. 23.

Armalchar, alio nomine Euphrates fluvius, Plin. auth.

Armene, Ἀρμένια, vel Ἀρμένια, vicus Paphlagoniæ. Steph.

Armenia, Ἀρμενία, Germ. Ein furcenne Landt. (schiff in Asia zwischen dem Berg Taurus und Caucasus gelegen / soffen an das Hyrcanische Meer / so hat das Land die besten gemelt wird.) Regio Asiae inter Taurum & Caucasum montes sita, & à Cappadocia ad Caspium usque mare protensa: ab Armeno quodam Rhodo: (ut ex Antipatri sententia tradit Stephanus) ita appellata: Et ut Plin. lib. 6. autor est, duplex est major scilicet, & minor. Major post Mediam ad Occidentem occurrit. Ea (ut ait Ptolemæus) à Septentrione Colchidem habet, Iberiam, & Albaniam: ab Occasu magnum Euphratis cursum, qui Cappadociam minorem, Armeniam, & Syriam Comagenem reliquit à dextris: ab Oriente partem Hyrcani maris ac Mediam, qua montes Caspii allargunt: à Meridie Mesopotamiam atque Assyriam. Montes in Armenia sunt Moschici, qui supra partem Ponti ad Cappadociam se effertunt: Particidrus, in quo fontes habent Euphrates & Araxes fluvii: Antitaurus, qui ab Euphrate scissus & Media percurrent, postremo Abus appellatur: Gordiaes, ex quo Tigris oritur: Taurus, ac Niphates, qui Mesopotamiam atque Assyriam ab Armeniis determinant Caspii, qui vergunt ad Medos: & Caucasii, qui septentrionalia, Iberiam velus, Albaniamque concludunt. Flumina sex, Cyrus, qui monte ortus Caucaso, à sinistris Iberiam, Albaniamque dimittens, Armeniam à dextris, in Hyrcanum deferret pelagus: Araxes, Phasis, Lycus, Tigris, Euphratesque. In Armenia pretiosum inter reliqua aromata nascitur amomum. Armeniam Hebraei Atarath vocant. In ea civitas insignis Artaxata.

Armenius, a, um, adjectivum, Quod est ex Armenia. [Pol. Ormianus. Vng. Arménia.] Horat. i. Epod. Cantaber Agrippæ Claudi virtute Nerone Armenius cecidit. Virgil. 5. Arglog. Armenias curas subjungere tigres.

